R. 2.

[illegible] Cremona, Darlerius, 14
unbezeichnet
[illegible] —



John Carter Brown
Library
Brown University

¶Liber deſideratus ſuper celeſtium motuum indagatione ſine calculo.

Anto.

❡ Reuerendiſſimo in Chriſto patri ac Domino meo obſeruãdiſſimo.D.
Georgio de Cruce Trebenenſi Mercanenſiq;: Epiſcopo Boninus Ragu-
ſæus ſalutem. ❡ Magno me hucuſq; ſeu ĩprudentiæ ſeu ingratitudinis uel
utriuſq; potius uitio laboraſſe haud quaquã ſum neſcius. qui poſteaquã ſu-
ſcepta a me multos iam annos ad publicam rei litterariæ propagationem
utilitatemq; diſcentium hac honeſta omnino & haud quaquam illiberali
imprimendorum librorum cura atq; opera: plæraq; ſub diuerſorũ hoĩum
nobilium ſane & optimoꝝ nominibus emiſerim: tibi uero quum munici-
pi & conterraneo meo tum uiro longe clariſſimo inq; diſciplinarum opti-
marũq; artium genere doctiſſimo & præſuli pientiſſimo atq; ĩtegerrimo
nihil penitus hucuſq; dedicauerim.Sed (ſi mõ me aliquod huic culpæ pa-
trocinium licet afferre) uerum dicam.Expectaui iandiu cupiuiq; uehemẽ
ter aliquid eiuſmodi quandoq; reperire:quod ut certum meæ erga te fidei
& obſeruantiæ pignus: ita & excellenti ingenio tuo ſingulariq; doctrinæ
quoquo modo cõſentaneũ foret.Quum itaq; nuper in Gallia atq; Lugdu-
ni eſſem:quo non mediocrem librorum uim laborioſus negociator adue
xeram: opportune ſatis in manus mihi incidit in aſcronomiæ practica li-
ber Gulielmi cuiuſdã Egidii de zelandia.opus quidem: ut cernis:non adeo
quantitate magnum ſed meo quidem iudicio quũ arte.ordine doctrina mi
rificiſſimum tum rerum ſcitu pulcherrimarum maximeq; utilium multitu
dine & uarietate omnibus ſed altioribus præſertim ingeniis & quæ iuuat
interdum e fæculenta hac regione in ſuperiorem ſpeculando euolare com
modiſſimum.Quod quidẽ quũ nõ ab re ſtatuiſſem ad cõmunem ſtudioſo
rum utilitatem ſub multis impreſſum exemplis proponere: ne cũ deſidio-
ſo & inutili ſeruo: qui acceptum a domino talentum in terram defodiens
abſcondidit:reus aliquando male adminiſtrationis fierẽ. Illudq; de Euan-
gelio domini uerbum audirẽ Serue nequã quare pecuniam meam nõ de-
diſti ad uſuram:? & ego ueniẽs cum uſuris exigiſſem eam:tu unus Antiſtes
obſeruandiſſime mihi ilico occurriſti:in cuius nomine opuſculũ illud ſum-
mo iure emitteretur. Quod unus ſine controuerſia quũ in pontificiis in-
ſtitutionibus inq; ſacris litteris & diſciplinis:quæ uerum ſacerdotem uigi-
lãtiſſimumq; Epiſcopum deceant peritiſſimus: tum in hiſce mathematicis
facultatibus maxime autem in aſtronomia:ſi quiſquã eſt alius doctiſſimus.
Vnde fit ut per ſacras litteras:quemadmodum ſacerdotem:qui a prophe-
ta angelus teſtamenti appellatur oportet:& de lege & iis quæ ad deũ per-
tinent:reſpõdere poſſis:& per aſtrologiam: quæ proculdubio ſuprema &
ſubiecti certitudine nobiliſſima eſt:per orbium motus aſtrorum & ſyderũ
ortus occaſuſq; progreſſus atq; regreſſus. futura tempora futuroſq; qui a

ſecundis cauſis dependent effectus longe poſſis præuidere:& ueluti certus diuinuſq; uates cæteris prænunciare. Quam quidē facultatem & ſciam qd attinet pluribus a me tibi præſertim cui & omnibus pariter: qui aliquid ſapiant laudatiſſima eſt laudari: Quamobrē hoc in ea diſciplina: qualecunq; eſt opuſculum a me tibi concinnatum atq; addictum: eo tu animo atq; alacritate ſuſcipe: quo a me ſtudio & fide tibi deſtinatum eſt. Cui quidē ſi hoc quoq; aliquid ponderis & maioris graciæ acceſſurum eſt:& me una quātuluſcūq; ſum: tibi deditum traditumq; putato. Vale præcipuum patriæ decus ſingulariſq; uirtutum cultor & bonorum tutela. ❧ Mediolani.

¶Equatorii celeſtis motus ſine calculo. utilitatum tabula cum canonum particularium titulis. Feliciter incipit.

Equatorium hoc in.6.partitur partes principales.

Prima pars de motu.9e.ac.8e.ſpere tractabit.cuius hec ſunt capitula.

1 De circulorũ ordine.& terminorum eiuſdẽ partis expoſitione.
2 De rotarum mobiliũ diſpoſitione.ad quodcũq tẽpus placuerit.
3 De capitis arietis ac libre.9e.ſpere in zodiaco primi mobilis inueſtigatione.
4 De noticia medii motus acceſſus & receſſus.8e.ſpere ad omne tẽpus.
5 De ueri loci capitis arietis.8e.ſpere in primo mobili indagatione.
6 Equationis.8e.ſpere ad omne tempus inquiſitione.
7 De uero loco augis cuiuſuis.6.planetarum inueniendo.
8 De ueri loci cuiuſuis ſtelle fixe hic deſcripte ad quodcunq uis tẽpus inuentione.
9 De manſionis lune ad omne tempus inueſtigatione.
10 De motuum.9e.& trepudationis.octaue ſpere ſingulari deſcriptiõe.

Secunda pars principalis. de motibus Saturni & Iouis.

1 De circulorũ ordine ac terminorum elucidatione.
2 De diſpoſitione rotarum mobilium ad annũ quẽcunq placuerit.
3 De noticia linearũ annorum preteritorum quorũdã hic non deſcriptorũ.
4 De noticia linearũ annorum futurorum hic non deſcriptorum.
5 De modo ſituandi uoluellã paruam in centro equantis firmatam.
6 De ueri loci ſaturni aut iouis ad quodcũq tempus placuerit inueſtigatione.
7 ¶De modo inueſtigandi ſine calculo medium motũ. medium centrũ. medium argumentum.uerũ centrũ.uerũ argumentum.uerũ locũ epicicli augẽ planete in ſecũda ſignificatione.Equationẽ centri in zodiaco & etiã in epiciclo.Equationẽ argumenti. Et tandẽ uerum locũ cuiuſuis planete.ac omnes fere tabularum alfonſi operationes.ad quodcunq tempus placuerit.

¶Tertia pars de motibus martis ſolis & ueneris.

1 De circulorum ordine & terminorum declaratione.
2 De ueri loci martis ad omne tempus ſine calculo indagatione.
3 De ueri loci ſolis inquiſitione.
4 De ueri loci ueneris ad omne tempus inueſtigatione.
5 De ceterarum tabularum alfonſi operationum ſine calculo ĩdagatione per modum ut ſupra.

Quarta pars de motu Mercurii. Et capitis caudeq; draconis.

1 De circulorum ordine & terminorum expoſitione.
2 De ueri loci mercurii ad quodcũq; uis tp̃s ſine calculo inquiſitione.
3 De ueri loci capitis.ac caude draconis inuentione.
4 Quod motus augiũ ſex dictorũ planetarũ ex motu tardo. octaue ſpe proueniens.lento proceſſu tempis nõ ſit negligendus.

Quinta pars de motu lune.

1 De circulorũ huius partis ordine ac terminoꝝ expoſitione.
2 De rotarum mobilium diſpoſitione.
3 De medii motus lune ſine calculo ad omne tẽpus inquiſitione.
4 De medii argumenti eiuſdem inuentione.
5 De motus augis lune inueſtigatione.
6 De ueri loci lune.ad quodcũq; tempus placuerit indagatione.
7 De medii ac ueri argumenti medii motus. Equationũ centri & argumenti centri ac medie elongationis luminariũ inueſtigatione.ceterarũq; tabularũ operationũ ꝓ ueri loci lune noticia habenda neceſſariarũ.ex opatione canonis iã dicti ſine calculo ſcire ſi cupis ĩdagatione.
8 De coniunctionũ ac oppoſitionũ luminariũ tẽporis inquiſitione.
9 De eclipſis ſolis in cõiunctiõe aut lune ĩ oppoſitiõe.poſſibilitatis ĩueſtigatione.
10 De animaduertentia anni biſextilis.
11 De Almanach magni compoſitionis noticia ſine calculo.

Sexta pars principalis. de motu ſignorum & gra. primi mobilis cum utilitatibus ſuis in aſtrolabio phiſico.

1 De circulorum ordine.& terminorum declaratione.
2 De arcus diurni ac nocturni.ſiue lõgitudinũ ac breuitatũ cuiuſuis diei aut noctis noticia.& ad quãcũq; regionẽ mundi inueſtigatione.
3 De tabula latitudinũ regionum ac ciuitatum famoſarum.
4 De creticoꝝ ac indicatiuoꝝ. intercadentiũq; dierũ. ac alterationum accidentiũq; qualitatũ.in quo uis morbo ex ſuperiori radice quãtum poſſibile fuerit indagatione.
5 De ſupradictoꝝ narratorum declaratione per exemplum.
6 De ſtellis quibuſdã fixis in hac parte magis neceſſariis.
7 De quibuſdã regulis practicanti phiſico neceſſariis in horarum electionibus pro medicinis dandis.oportuno tempore dato omniq; neceſſitate ſemota.

8 De medicinis eradicatiuis.hora electa dandis.
9 De medicinis cōfortatiuis.ac alteratiuis.hora electa dandis.
10 De uomitu.gargariſmate.ſternutatorio. ac ēt enematibus dādis. &c.
11 De inſciſionibus.ac fleubothomia electa faciendis.
12 De tēporis inueſtigatiōe quādo ſignū aliquod aut gradus eius aſcēdit.
13 Gradum aſcendentem in qua uis regione ad quodcunq; tempus placuerit inueſtigare.
14 In quanto tempore.in quacunq; uis regione.quodlibet ſignum aſcendit indagare.
15 De temporis inueſtigatione in quo ſol oritur aut occidit in quacunq; die placuerit.
16 De horis inequalibus diuidendis.
17 De noticia inequalis hore ignote: p equalē horā & notā in oī regiōe.
18 De humorū noſtri corporis motibus ex motu ſolis diurno. per dictas ho.inequales.
19 Quod ex dictis ho.inequalibus.7.dierum ebdomade prouenit ordo. Et non ab ipſis planetis ſecundū ſitum ſuum ordinatis.
20 Verū aſcendēs ad tp̄s cōiunctiōis oppoſitiōis aut aſpectus luminariū aut aliorū planetarū inter ſe ad quācunq; uis regionē inueſtigare.
21 De equationibus dierum.unde ortum habent. & quando debent addi uere meridiei & quando non.
22 De modo erectionis figure iudicialis aut diſpoſitionis cuſpidum.12. domorū celi ad omnē regionē omneq; tempus ſine calculo.
23 Super quibus celeſtia corpora in hiis inferioribus influunt & in quibus non.
24 Qualiter quis fortunatus: aut diſfortunatus dici poteſt ex ſuperioribus cauſis.

¶Et hic Finis titulorum canonum particularium libri deſiderati ſup celeſtium motuum indagatione ſine calculo. in honorē conditoris oīum. qui & nos cōſeruare dignetur in euū. Amē.

❡Prologus.

❡ Quamq̄ liberalium artium precipua Aſtrorum ſcientia ex ipſius īpaſſibilis incorruptibiliſq; ſubiecti conſideratione ſit peculiaris mira & digniſſima. Ex ſyderꝫ tantorꝫ diuerſarum magnitudinū. motuum atq; diſtantiarꝫ ptractatione delectabilis. ac in primo gradu certitudinis collocata. Etiā ex naturalibus effectibus p cauſas primas prenoſcēdis. cōpēdioſa nec nō mortalibus utiliſſima. Mūdanas nāq; uanitates reuelat. deſpicit. & contēpnit. Mētem etiā humanā & rectā. poſt tantarum rerꝫ admirationē ad celeſtē regionē eleuat & dirigit. & tandē in excelſi creatoris agnitionē ex ſuis glorioſis effectibus uiā preſtat. aperit. & deducit. ❡ Verūtamē ex eius theorice graui. nimiaq; forſan difficultate. & tantarꝫ calculationū uaria tedioſaq; prolixitate. Necnō quorundā pronoſticatiōis partis temerario preſumptiōiſq; uicio limites excedentiū. hec ſcientiarꝫ excellētiſſima offenſam patitur & repulſam. p paucis enī theoricis exiſtentibus numero. pauciores ſunt q penoſos illos calculationū intollerabiles labores aggredi appetant. tantumq; ſufferre iugū ppetiantur. Ignari uero ſpeculatiue ppter rerꝫ multitudinem atq; uarietatē in tantorū numerorꝫ diuerſarū tabularum amplexibus cito uacillant ſepeq; deficiūt. q aut ſtudium cogunt̄ deſerere aut labore magnō multa cū diffidētia ſerius ad id eos pduci cōtingit. ad quod leuiori ſtilo noſtra īduſtria ducti facilius poterūt ītroduci. Vnde & eos q ad iudiciariā partē pcedere nitunt̄. ex tedioſo nimis falſoq; forſan calculo. neceſſario ſuis ī pnoſticis errare cōtingit. licet huiuſce rei pſpicui ſint cognitores. Cū paruus error in principio ſemp fit maximus in fine. primo celi & mundi.

❡ Vnde in pnoſticis qbuſdam palā impreſſis. qdā plurimorꝫ accidentiū malorꝫ futurorꝫ dicit euentū. Fundamentū ſumēs ex coniunctione duorū planetarꝫ maliuolorꝫ ſaturni uidelicet & martis in. 9. gradu ſcorpii. anno xpi ſaluatoris. 1485. ultima nouēbris. quod tamē aliter fuiſſe cōperit̄. Nā eadem die ſaturnus in qnto gradu ſagittarii. Mars uero in. 29. gradu Scorpii ſunt inuenti. ſicq; illorꝫ coniunctio illa die fieri non poſſe ſed factā potius fuiſſe nona die decembris eiuſdē anni in ſexto gradu ſagittarii.

❡ Eſt & alter qui meſſie iudeorꝫ apparitionis tēpus coiecturās ex magna coniunctione ſaturni & iouis. Similiter martis & ueneris in 2ª facie cancri in medio celi. anno gratie currēte milleſimo qngēteſimo quarto. nona die iunii. hora uiceſimatertia. minutis. 54. poſt meridiē. di. equatis. fateor qdē de ſaturno & ioue ſimul tunc iunctis' uerū eſſe. ſed mars in gradu uiceſimo quīto leonis in domo duodecima. uenus uero in gradu uiceſimo ſexto tauri in octaua domo ueraciter collocant̄. Vnde hos uiros licet magnarꝫ ſcientiarū ex eorꝫ ſtilo ac modo ſcribendi laudandos eſſe ſentio. uerū ex errāte

calculo concluſiones quas recitant in ferre non poſſunt.hii tamen errores non ex ignorãtia.ſed quadã in aduertentia aut tabularũ forſan falſitate potius contigiſſe uidentur licet uerũ tẽpus apparitionis antixp̄i.ex aſtris inueſtigari poſſe credere nõ.ualeo. ¶ Inſup ſunt & alii nõ predictis litterarũ uiris ſimiles ſed ignorantes temerariiq; numero infiniti.quorum intellectus cũ huius ſcientie uerã radicẽ attingere nequeãt.pleriq; aliis ſe dant artibus exceptiuis qui ſub umbra uere aſtrologie. plurima uana ĩfinitaq; mẽdoſa mortalibus garrulant & illudunt.Solo namq; uiſu ac uultus hominũ manus inſpiciẽtes nitunt᷑ tp̄s ac qualitatẽ hoĩs uite mortiſq; determinare. uni ſuſpendiũ alteri fluminis demerſionẽ.qbuſdam.30.dierũ terminũ aſſignantes aliis dies pauciſſimos aliis plus & alteris minus. ſecundũ enim q̄ mẽtis eorũ cecitati occurit interius.ita & exterius linguã acuentes ꝓferũt inpauido :nullo rationis freno ſua dicta cõprimentes.nec ullo ſillogiſtico diſcurſu p̄cedente.ſicut quoſdã in hac regione fuiſſe nouimus quorum ſuperſtitiones actuſq; ſuos nephandos & a b hominabiles.tam palã q̄ occulte fide dignorum relatu patrantes ſub ſilentio quodã potius pcurrere melius uidetur.q̄ ipſorum ſcelera forſan uanis inutiliter reuelare.

¶ Horum igit᷑ errorũ abhominabilium occaſionem ab omnibus euitare.huiuſq; ſcientie difficultatibus ac tedioſis calculationũ laboribus q̄tum mortalibus cõceſſum ſit ſubuenire & ſuccurrere deſiderans.id pauculũ qđ ab oĩum largitore piiſſimo mihi ĩdigno gratis eſt datũ.Iuſtiſſimũ ac equũ arbitror exponere luci. & hunc libellũ nõ modica tamen difficultate licet inuentũ & compilatum non fore celandum ſed q̄tum poſſibile ſit mortalibus exhibendum ſimul & cõmunicandum.pluribus ac diuerſis mathematicis inſtrumentis fulcitum.quibus mediantibus poterit ſcientiarum amator quiſq; ad celeſtium motuum noticiam

planetarũq; uerorum locorum.aſcendentiũ graduũ & ſignorum.ac cuſpidũ.12.domorũ equationũ inuentionẽ.ullo ſine calculo ad quãcunq; regionẽ quodcunq; ue tẽpus placuerit.facilime puenire.Et ſi nõ ad tantã minutorũ ac ſecundorum preciſionẽ quãtã p tabularum prolixas tedioſaſq; calculationes attingere poſſumus.Cum inſtrumenta quantitate ſint parua.ut pondere leuiora reddantur.unde minuta graduũ ſic diſtinctim diſcerni nõ poſſunt.

¶ Securius tamen ac perceptibilius ſenſu.multoq; facilius p hũc librum ad ſupradictorum noticiã deuenire contingit.Nã in octo aut nouẽ dierum tẽpore.per hũc modũ inquiſitor diligens. multo plura clarioriq; uia q̄ per tabularũ longas operatiões unins aut duorum aut plurium forſan annorum ſpacio in hiis motibus percipere poterit. unus tamen altero citius alteroq; tardius ſecũdũ cuiuſlibet ingenii uariam capacitatem. & licet alias

ſimilem fere librum certis meis amicis communicauerim . non tamen ita complete nec aperte.ut in hoc libro deſiderato.

Vnde non mireris.quoniã hãc portam tibi clauſam.geometricis proportionibus quãtitatis orbis tẽporiſq̨ motus cuiuſlibet planete ad ſuum epiciclum cũ debita centri diſtantia cuiuſlibet orbis ecentrici magni & equãtis in augibus ſuis a centro mundi ac etiã corporis planeta a centro epicicli.ſumma cum diligentia conatus ſum aperire uelut huius ſcientie profeſſoribus ac ſecretariis clare ac apertiſſime noteſcit.

C Amplã preclaram atq̨ facilimã uiam oſtendens.qua ſcientiam hanc digniſſimam.manifeſte citiſſimeq̨ adipiſci ualeas.ne tantarũ calculationum tedio deuictus.hac relicta.ad alias artes te peruertas exceptiuas atq̨. damnatas anime corporiq̨ nociuas.quibus ſpiritus tenebrarum ac mendaciorum princeps ſubtiliter doloſeq̨ mentes humanas obcecat. immo quorũdam peritorum uirorum intellectus deuiat & offuſcat.qui dũ illius ſubtili blandoq̨ ligamine ſunt laqueati.tanq̃ temerarii & obſtinati plura q̃ tota xp̄i eccleſia noſcit.ſcire ſe p̄ſumunt dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt.

C Cum igitur ex hac ſcientia certiſſima.iam tibi nota partem intraueris iudiciariam eandemq̨ bene ruminaueris innumerabiles effectus naturales ex celeſtium uiribus intelliges futuros tanq̃ ex cauſis primis ĩ genere phiſico ab altiſſimo ſic ordinatis.non q̨ de neceſſitate & ſemper ſed ut plurimum quoniã aliter euenire poſſe non ignores.Et ſi ad omnium particularium noticiam deuenire non ualeas effectuũ tamen uniuerſaliũ ac digniorum cauſas primas iam te p̄ſcrutaſſe gaudeas. Laudandũ eſt enim in altis nõ plura uelle q̃ ſapere poſſe.Nam melius eſt de rebus altis nobilibuſq̨ ſcire modicum q̃ multum de hiis inferioribus groſſis & ignobilibus . 2ª celi & mundi.Ex horum enim altorum admirandorũq̨ effectuũ contemplatiõe peruenire poſſumus in notitiam dei altiſſimi omnium cauſarũ cauſe prime.Et quanto attingentius altiora perſcrutamur.tanto ad ipſum creatorẽ piiſſimum agnoſcendum & diligendum feruentius mouemur.ut tandem in ſui amore dulciſſimo eiuſq̨ gratiã in uiam rectam ad finemq̨ optatum nos perducere dignetur amen.

C Propoſitum igitur noſtrum in nomine ſyderũ conditoris & inchoando & proſequendo.intitulabitur liber iſte.Celeſtis motus equatorũ ſine calculo.Guillermi Egidii de uuiſſelrerc ex zelandia ꝑnunc ciuis Carpẽtorateñ. Cuius expoſitionis canones ac regule ordine ſequenti ſcribuntur.

Equatorii celeſtis motus ſine calculo Canonum expoſitio Guillermi Egidii de uuiſſelrerc zelandini.
Feliciter incipit.

Equatorium hoc in ſex partitur partes principales.
Prima pars De motu.9ᵉ.&.8ᵉ.ſpere tractabit.
2ª De motibus Saturni & Iouis.
3ª De motibus Martis Solis & Veneris.
4ª De motibus mercurii & capitis caudeq; draconis.
5ª De motu Lune.
6ª De motu ſignorum zodyaci primi mobilis in aſtrolabio phiſico cuius plures ſunt utilitates ut ſuo loco declarabitur.

Harum partium cuiuſlibet uarie ſunt rote mobiles & imobiles pluresq; circuli in eiſdem deſcripti diuerſaq; centra ac oſtenſoria in ipſis ſunt collocata pro quorum omnium ac ſingulorum breuiori elucidatione ordine quodam.terminos cuiuſlibet ſeriatim hic deſcribam a limbo cuiuſlibet rote inchoans & in centrum eiuſdem terminans.

1 Primo de ordine circulorum.none.& octaue ſpere.

Signorum ac graduum eorũdem zodyaci primi mobilis.
Annorum xp̄i cuius quodlibet ſpatium paruũ cõtinet annos centum None ſpere in rota mobili.
Annorũ xp̄i motus acceſſus & receſſus.octaue ſpe in orbe paruo cuius ſpaciũ quodlibet paruũ cõtinet annos centum in cuius ſummitate eſt linea capitis arietis.none ſpere.
Circulus. Duodecim ſignorũ ac graduũ eorundem dicti motus acceſſus & receſſus. octaue ſpere ĩ cuius cẽtro cõclauatus eſt qdã paruus oſtẽſor continens in ſe quendam pũctum paruum diſtantem ab ipſo centro.gradibus nouem fere.
Augium planetarum.octaue ſpere in ſecunda rota mobili.
Duodecim ſignorum ac graduum zodyaci.octaue ſpere.
Stellarum fixarum.
Manſionum Lune.28.

In medio ipſius rote eſt oſtenſor quidam conclauatus cuius centrum dicitur Centrum mundi.

De modo diſponendi rotas mobiles ad quodcunq; tempus placuerit.

2 Primo inuentis annis xp̄i completis in circulo annorum.none ſpere ſub circulo ſignorum primi mobilis deſcriptis. pone lineam capitis arietis.none ſpere a cẽtro parui orbis ad ſummitatẽ protractã ſuper dictis an-

nis xp̄i inuentis. Secūdo pone oſtēſorem orbis parui ſuꝑ eiſdem annis xp̄i completis in eodem orbe paruo ſignatis. Tertio aptato ac quieſcente oſtē ſore magno ſuꝑ puncto oſtenſoris parui orbis. moue ſperam. 8^{am}. donec linea capitis arietis eiuſdem. 8^{e}. ſpere peruenerit ad contactum ipſius oſtenſoris magni. ita ꝙ initiū arietis. octaue ſpere directe reſpiciat dictū punctū oſtēſoris ꝑui orbis. & ſic hiis aptatis qeſcāt āben rote mobiles ānis multis cū quodlibet ſpaciū ꝑuū ānoꝝ ī dictis circulis deſcriptoꝝ cōtinet annos. 100.

¶ Verum locum capitis arietis none ſpere in zodiaco primi mobilis ſcire pro quo uis tempore inueſtigare.

3 ¶ Diſpoſita rota. 9^{e} · ſpere ad quodcunqꝫ tempus placuerit modo ſupradicto pone oſtenſorem magnum ſuꝑ centro ꝑui orbis & locus contactus eiuſdem oſtenſoris magni in ſignis ac gradibus ȝodyaci primi mobilis eſt uerus locus capitis arietis. 9^{e}. ſpere in primo mobili · gradus autem oppoſitus eſt uerus locus capitis libre in primo mobili · Et ſcias ꝙ hic motus apud theoricam planetarum ac tabulas Alfonſi dicitur medius motus augium & ſtellarum fixarum..

4 ¶ Medium motū acceſſus & receſſus octaue ſꝑe ad quodcunqꝫ tempus ſcire placuerit inueſtigare.

Pone oſtenſorē orbis ꝑui ſuper annis xp̄i cōpletis in eodē orbe ꝑuo deſcriptis mō ſupradicto in primo canone & locus īterſectiōis eiuſdē oſtēſoris ī circulo ſignoꝝ ac gra. eiuſdē orbis ꝑui dicit̃ medius motus acceſſus & receſſus. 8^{e}. ſꝑe ab initio capitis arietis. none ſꝑe & non primi mobilis intellige.

¶ Verum locum capitis arietis octaue ſpere ad quodcunqꝫ tempus ſcire placuerit inueſtigare.

5 Situatis ac diſpoſitis ambabus rotis mobilibus ut dictū eſt in cañ. prīo pone oſtēſorē magnū. ſuꝑ capite arietis. octaue ſꝑe. & locus īterſectōis eiuſdem in zodiaco primi mobili eſt uerus locus capitis arietis · octaue ſpere.

¶ Propoſito tempore quocunqꝫ ad idem tempus equationem octaue ſpere ſcire reperire.

6 ¶ Prīo ſcito uero loco capitis arietis. 9 · ſꝑe in primo mobili per · cañ · z^{m}. Scd̄o ſcias ſimiliter ueꝝ locū arietis. octaue ſꝑe · ꝑ · 4^{m}. qbus actis ſcias ꝙ arcus primi mobilis exiſtēs īter primū locū & ſecūdū · dicit̃ eq̄tio. octaue ſꝑe.

¶ Verū locū augis cuiuſuis planete ſcire placuerit īueſtigar̃.

7 ¶ Prīo diſpoſitis ambabus rotis mobilibus ut ſupra pone oſtēſorē magnum ſuper linea augis cuiuſuis planete in limbo octaue ſpere ſignate. Et locus contactus eiuſdem oſtenſoris in primis mobili eſt uerus locus augis eiuſdem planete in zodiaco primo mobilis.

C Verum locum cuiuſuis ſtelle fixe hic ſignate ad omne tē pus iuueſtigare.

8 C Diſpoſitis rotis ut ſupra. pone oſtenſorem magnum ſuper centro cuiuſuis ſtelle fixe in 8ª. ſpera ſignate. locus interſectionis eiuſdem oſtenſoris in zodiaco magno eſt uerus locus ipſius ſtelle in primo mobili.

C Manſionem lune ſcire indagare.

9 Primo ſcito uero loco lune per almanach aut per modum infra dicēdum. & diſpoſitis ambabus rotis ut ſupra. in primo caū. pone oſtenſorem magnum in zodiaco magno notatum. manſio quidem interſecta ab eodē oſtenſore ī puo circulo māſionū deſcripta eſt ipa māſio lūe ad illud tēpus.

C Deſcriptio motus none ſpere ac trepudatiōs octaue ſpere per aliam uiam a ueterum ac quorundam modernorū ymaginatione diſtinctam.

10 C Primum mobile quod. 10am. ſperam dicimus. equalē ac uniformē ſp motū habet ab oriēte uerſus occidens ſup polis mundi. inter hanc ſperam 10am & ſperam ſtellatam quam 8am appellamus ſpera ſituatur alia que dicit̄ 9ª. cuius motus uniformis ab occidēte uerſus oriēs cōtra motū primi mobilis. ī. 49000. annorū cōpletur preciſe ſup polis ſuis. a polis mundi diſtātibus gra. 24. fere ſecūdū ptho. Et hic medius motus augiū & ſtellaꝝ fixaꝝ dicitur. Con tinet autem hec ſpera quendam puū orbē in cōcauitate ipſius exiſtentē Cuius cētrū in linea initii arietis eiuſdē. 9e. ſpe exiſtit. qđ ſub eclyptica primi mobilis ſp mouet̄. huius pui orbis poli ī eadē līea initii arietis 9e. ſpe cū eiuſdem centro ſunt ſituati. Eſt āt in circūferētia huius orbis pui pūctus quidā ab utroqȝ poloꝝ eius equaliter diſtās. qui circa cētrum orbis pui in linea meridiana exiſtētis mouet̄ uniformiter ab oriente ī ſeptētrionē uerſus occidēs. & iteꝝ ab occidēte ī meridiē ad orientē reuertit̄. cuius motus complet̄. in. 7000. annoꝝ. Sicqȝ ī una ipius. 9e. ſpere reuolutione. ſepties hūc puū orbē reuolui contingit preciſe. Centro qdē eiuſdē pui orbis exiſtēte ī linea medie noctis mouet̄ tūc dictus punctus ab occidēte in lineā medie noctis uerſus oriens & iterū ab oriēte in lineam medie noctis uerſus occidēs. Eodēqȝ cētro pui orbis exiſtēte ī oriēte aut occidēte. mouetur dictus pūctus a meridie ī ſeptētrionē & e cōtra. ſed nō mutat oriēs nec occidēs. quoniā ī quacūqȝ pte ſui pui orbis fuerit dictus pūctus etiā & ipm cētrū pui orbis ī q̄cunqȝ fuerit pte mūdi ſiue in oriente. occidēte meridie. aut ſeptentrione. ſemper dictus punctus ſimul cum centro parui orbis: equaliter diſtat a centro mundi. Eſt autem huius puncti a linea initii arietis. 9e. ſpere maxima diſtantia gra. 9. ſecundum alfonſum.

Seqtur nunc ſpera ſtellata quam.8am ſperã dicimus.Cuius arietis initiũ ſp dictũ reſpicit punctũ hoc autẽ initiũ pro ipa linea circulari initii arietis 8e.ſpe intellige de uno polo zodiaci ad alium polum eiuſdem zodiaci ptra cta. & nõ pro puncto ſectionis huius lineæ circularis cũ ecliptica primi mobilis .9e .ſpe &.8e.q̃ oẽs unã habẽt eclypticã ſemp .alias ſequeret ſolare corpus nũc tpibus noſtris certo tpe anni hora meridiei.7. fere gradibus plus eleuari q̃ tpe pthõi ac alia infinita ſequerent incõuenientia que pronũc cã breuitatis reliquo q̃ clare & oculata fide perpẽdi poſſunt in ſupiori parte ſpere regalis. quã domino charolo frãcorum regi chriſtianiſſimo reliqui ciuitatein lugdunenſi ac turonenſi.anno domini.1492o .

Ad motũ igit dicti puncti mouetur linea arietis.8e .ſpere.unde ſibi accidit motus acceſſus ipſius ad initiũ arietis.9e.ſpere.ac receſſus ab eodem qua ppter cõtingit ipam.8am.ſperam alq̃ndo retrogradari dirigi & ſtationari.Ex hiis igit dictis duobus motibus uidelicet.9e.ſpe ſecũdũ ſucceſſionẽ ſignorũ ſemp & motu diuerſo dicti pui orbis.nũc directo nũc retrogrado nunc qdẽ ſtationario quos motus ipſa ſequit .8a.ſpera.cõtingit eandẽ moueri motu trepidationis.ad modum trepudii mundane coree circularis.ĩ qua certi fiunt paſſus antecedendo.pauciores uero retrocedendo & iterũ maiores fiunt paſſus ante progrediẽdo &c.ſicq eodẽ modo fit ĩ motu trepidatõis.8e.ſpe.hec aũt ac ſimilia mirãda multa oculata fide reſpici poſſunt que apud eos q non uiderunt incredibilia dicuntur in ſupradicta ſpera regali. Ac etiã in altero regali celeſtiũ motuũ ſpeculo quod reliqui illuſtr.prĩcipi domino duci mediolani.ĩ ciuitate mediolaneñ.anno domini .1488. in quo omnes .7. planete propriis mouentur motibus ſuper uno zodiaco ad motum unius motoris & multa quidem alia que pro nunc exprimere nõ congruit.ſed ibidem uidere poteſt qui optat.

Sequit ſecũda pars.que eſt demotibus ſaturni & iouis.

Primo de ordĩe circuloꝝ maioris rote ac terminoꝝ eius expoſitione.

	zodyaci ſaturni.
	zodiaci iouis.
	Medii centri ſaturni & iouis.
Circulus.	Annorũ xp̃i collectorum de.20.in.20.tam ſaturni q̃ iouis anni enim ſaturni linea longiori anni iouis linea breuiori ĩ eodem circulo ſunt notati.
	Annornm xp̃i expanſoꝝ ab uno uſq. 20.ac anni currẽtis. cum menſibus ſuis.ĩ pria ac maiori rota mobili deſcriptis.
	Annorum expanſorum iouis ac anni currentis eiuſdem in ſecunda rota mobili ſignatorum.

In medio autē harum rotarum mobiliū firmatur uoluella quedam de auricalco. cuius centrū conclauatū dicitur centrū equātis aliud uero centrū circa extremitatē uoluelle ſituatū dicit̄ cētrū mūdi. ī quo debet filū quodda ſubtile imponi ac firmari. Eſt & tertiū centrū occultum inter hec duo cētra ī eadem linea ſituatum ſup quo uoluitur rota magna. & dicit̄ centrū deferētis tantū a centro mūdi. quantum a cētro equantis ſemper diſtans.

Ordo circulorum epiciclorum ſaturni & iouis.

Circulus.
- Menſium ac dierum anni currentis.
- Annorum expanſorum uſq̃ .zo.
- Annorum collectorum de .zo. in zo. in rota mobili.
- Signorum & graduum medii ac ueri argumenti.

Eſt preterea in epiciclo ſaturni corpus ſaturni nomīe ſaturni notatum cuius punctus ī medio exiſtens dicitur centrū corpis ſaturni. Similiter in epiciclo iouis eſt corpus iouis notatū hoc nomīe iupiter cuius ſimiliter pūctus in medio exiſtens dicitur centrū corporis iouis. Id uero rotūdū in medio cuiuſlibet epicicli cōclauatū dicit̄ centrum epicicli. In quo debet filum quoddā ſubtile īponi. mō quo poterit ptranſiri de latere uno ad latus aliud ut nūc uni nūc alteri deſeruire poterit. Eſt etiā in qualibet rota mobili queda parua pars rotunda metallica firmata in cuius foramine ſtilus ferreus aut alterius metalli imponi pōt. mediāte quo poterit rota mobilis huc uel illuc moueri & diſponi ut decet ut infra dicetur.

De modo diſponendi rotas mobiles cuiuſuis quattuor planetarum. ſcilicet Saturni Iouis Martis & Veneris ad annum quēcunq̃ placuerit.

z Primo inuenta linea annoꝝ xp̄i collectorū ꝓpinqus cōpletorū in circulo annoꝝ collectoꝝ cuiuſuis planete ad quā mouendo rotam mobilem pone lineā reſidui annoꝝ immediate cōpletorum inuentam in circulo annorū expanſorum in eadem rota mobili deſcriptorū. ita q̃ linea anni expāſi una ſit ac eadem cū dicta linea annoꝝ. collectorum. hoc facto quieſcat ſic rota mobilis donec annus currens fuerit reuolutus. Quod ſi anni chriſti collecti p̄ciſe fuerint completi & ultra illos nullus fuerit annus expāſus cōpletus tūc ad lineam annorū collectorum pone lineam anni curentis que eſt linea menſis ianuarii: & ſic quieſcat uſq̃ complementum eiuſdem anni currentis quo reuoluto pone lineam .i. anni expanſi ad dictam lineam annorum collectorum quo reuoluto pone lineam .z. quo iterum cōpleto pone lineam .3. demum .4. & ſic deinceps uſq̃ complementum annorum .zo. Quibus reuolutis relinquenda eſt hec linea dictorum annorum

complectorū collectorū & illius loco alia notat᷑ linea uidelicet annoꝝ col/
lectoꝝ cōplectorū immediate ſequentiū uidelicet poſt lineā . 1480 . notat᷑
linea.1500.ad quam ponenda eſt linea mēſis ianuarii.ſiue anni currentis
quo perfecto ponitur linea.1.anni expanſi demum.2.poſtea.3.ut ſupra do
nec reuoluti fuerint anni.20. Et iterum tunc mutanda eſt linea annorum
collectorum.in lineam.1520.& eſt operandum ut ſupra.& ſic conſequēter
ſingulis.20.annis fit mutatio lineæ uſq͂ annos collectos. 1600.

¶Pro introducendis ponatur exemplum tale. Volo diſponere rotas mo/
biles ecentrici ſaturni ac iouis pro anno xpi currente. 1481. primo quero
annum collectum immediatius completum.uidelicet. 1480. quo in circu/
lo annorum collectorum ſaturni inuento inter lineas longiores pro ſatur
no notatas moueo rotam annorum expanſorum ſaturni donec linea ini/
tii anni currentis que eſt linea menſis ianuarii preciſe peruenerit in dire/
cto ad lineam.1480.lineam dico longiorem pro ſaturno notatam.hac ro/
ta ſaturni ſic quieſcente.aliam moueo rotam annorum expanſorum .ſ.io/
uis donec eius linea initii anni currentis ī directo peruenerit lineæ. 1480.
lineæ uidelicet breuioris pro ioue ſignate ī circulo annorum collectorum.
& ſic ambas rotas quieſcere permitto.Reuoluto quidem anno.1481.pono
lineā .1.anni expanſi cuiuſlibet rote q͂libet.ſ.indirectū proprie lineæ 1480.
uidelicet lineam.1.ſaturni ad lineam longiorem. 148 0.pro ſaturno notatā
in circulo annorum collectorum.ſimiliter & lineam .1. rote iouis.pono in
directum uidelicet lineæ breuioris dicti anni collecti. 1480.pro ioue ſigna/
ti.completo autem anno. 1482. pono lineam.2 . cuiuſlibet rote ad directū
cuiuſlibet lineæ proprie.1480.modo ſatis iam dicto.ſicq͂ cōtinuando uſq͂
complementum anni.20.Nunc autem pro anno preſenti currente uideli/
cet.1493.pro anno collecto īmediatius complecto.cōſidero lineā anni col
lecti.148 0.in circulo annoꝝ collectoꝝ.pro anno aūt expanſo cōplecto.no
to.lineam.12.in circulo annoꝝ expanſorū ambaſq͂ lineas eiuſdē planete ſi
mul iungo modo quo ſupra.Et ſicut eſt dictū de harū rotaꝝ mobiliū diſpo
ſitione.Ita eodemq͂ modo eſt operandū in rotis mobilibus ſuoꝝ epiciclo
rum ac aliorum planetarum.parcat.tamen uir doctus ac ꝓbus. diſcretuſq͂
lector de tantorū uerborū plano.nimiūq͂ repetito ſermone.quem docen/
dis potius.q̄ iam doctis ſcribere curaui qđ enim illi pigre.& hii leuius ap/
prehendere poſſunt .ſed non econuerſo.

¶Aduertendum eſt tamen ſicut dictu m eſt ſupra annos collectos cuiuſli
bet rote mobilis incipi ab anno completo. 1480.ac finiri in anno. 1600.
nec plures inſcribere curaui . ne ex tantorum annorum inſcriptionis cō
fuſione difficilior redderetur illorum inuentio . Poteris tamen ad anno/

rum preteritorum aut futurorum linearum noticiam ſine calculo peruenire dum uolueris modo ſequenti.

De modo perueniendi in noticiam linearum annorũ collectorum preteritorum in hiis rotis non ſcriptorum.

5 Moue rotã mobilẽ cuiuſuis planete.& pone lineam initii anni currentis que dicitur linea mẽſis ianuarii ad contactũ linee anni collecti.1480.protrahe nunc filũ ex centro ipſius rote per lineã anni expanſi.20. uſq; circulũ annoꝝ collectoꝝ.& locus interſectionis eiuſdẽ fili in ipſo circulo annorũ collectoꝝ.eſt locus linee anni collecti.1460.in quo loco ꝓtrahe lineã notãdã.1460.ſup quã iterũ pone lineã ianuarii ut ſupra & locus cõtactus lineæ anni expanſi.20.eſt locus lineæ notande ꝓ annis collectis.1440.qua notata iterũ faciẽda eſt opatio eadẽ utſupra. & hoc mõ quãtũ placuerit poteris deuenire in noticiã lineaꝝ annoꝝ collectoꝝ preteritoꝝ inſcribendorum.

De modo perueniendi in noticiam annorũ collectorum futurorum non ſcriptorum.

4 Pone lineã ultimi anni expãſi.uidelicet. 20.ad lineã annoꝝ collectorum.1600.protracto tunc filo ex centro ipſius rote ꝑ lineã initii anni currentis.oſtendet tibi locũ lineæ ſignande ꝓ anno collecto.1620. in circulo annorũ collectoꝝ qua ſignata.iterũ ſup eadẽ pone lineam.20. & linea initii anni currentis oſtẽdet tibi locum lineæ notande pro anno xp̃i collecto 1640.hac eadẽ uia progredi poteris in annoꝝ collectorum futurorum linearum noticiam habendam quantũ uolueris.

De ſituatione uoluelle in centro equantis firmate.

5 Ex centro equantis ipſius uoluelle.quedã linea ꝓtrahiť recta que qualitercũq; alterius occaſione uarieť.ſemper tamen eandem reducere debes de directo uerſus lineã oppoſiti augis in ipſa rota magna ſignatam. quoniã hic eius proprius eſt locus quietis.

Verum locum Saturni & Iouis ad quodcunq; tempus ſcire placuerit.inueſtigare.

6 Primo diſpoſita rota mobilĩ illius cuius motum queris modo quo ſuperius eſt explicatum.protrahe filum ex centro epicicli ipſius ad centrum equãtis.& uolue rotã maiorem donec ꝑuenerit dies menſis intẽtus ſub ipſo filo in circulo anni currentis ĩuentus.2°. ad idem filum ſic quieſcens monendo epiciclum pone diem menſis eiuſdem in epiciclo repertum.ita ꝙ dies menſis epicicli reſpiciat de directo eundem diem menſis in equante repertum.Hiis rotis fixe manentibus protrahe aliud filum a centro mũdi ad

centrum corporis planete in epiciclo ſignatum & locus interſectionis hu/
ius fili in ſignis gradibus ac minutis ſui proprii zodyaci. ē uerus locus eius
in primo mobili ad tēpus ꝓpoſitum hoc eſt ad horā meridiei diei intenti.

7 ¶ Notandum eſt ꝙ ex operatiōibus huius canonis ac etiam & aliorum
canonum ſequentiū pro ueris locis planetarū ſciendis oēs termini theori/
ce planetarū cuncteq; tabularum alfonſi regis operationes ad motum lon
gitudinis planetarū ſpectantes faciliter apprehendi poſſunt uidelicet qs ſit
medius motus illius planete cuius motū uerum queris.quod medium cen/
trum.quod ſit centrū uerum.quod medium argumentū. quod etiā ſit argu
mentum uerū.que ſit equatio cētri in zodyaco. & que ſit equatio centri in
epiciclo.ſimiliter que ſit equatio argumenti.ac oꝑationes relique in tabula
rū practica neceſſarie.Hec enī ſunt media qbus per tabulas ad ueroꝝ mo/
tuum noticiā laborioſe ꝑuenitur.qbus oꝑationibus tedioſis in oꝑe preſen
ti non indigemns.ſinguloꝝ tamen noticiā ſequētibus regulis ullo ſine cal/
culationis faſtidio quātū poſſum ſeriatī aꝑire conabor ſcire deſiderātibus.

¶ Diſpoſitis igiť mobilibus rotis ad annū quēcunq; placuerit modo quo
ſupra protractoq; filo ex cētro epicicli ipſius planete ad cētrū equātis eius
ꝑ diē intentū menſis ꝓpoſiti utriuſq; circuli uidelicet tam equātis q̄ epicicli
ut ſupra.locus interſectionis huius fili inſignis & gradibus circuli equantis
dicitur Centrū Medium ipſius planete. Locus uero ſectionis eiuſdem fili
in circulo ſignorum ac gra.epicicli dicitur Medium Argumentū eiuſdem.

¶ Hiis enim omnibus immobiliter ſtantibus tam rotis q̄ ipſo filo. aliud
protrahe filum ex centro mundi eiuſdem planete equediſtans filo primo
uſq; zodiacum proprium arcus interceptus ab ipſo filo in zodyaco ab arie
te computando.dicitur Medius Motus centri epicicli ipſius planete.

¶ Et hic idem locus ſiue arcus ab auge ipſius planete in zodyaco eiuſdem
interceptus.dicitur medium centrum eiuſdem planete in zodyaco quod/
quidem medium centrū ſemper correſpondere debet medio centro equā
tis ſuperius dicto.Nam teſte theorica qualis eſt proportio huius arcus zo/
dyaci ad totum zodyacum ab auge computando talis eſt proportio arcus
a primo filo intercepti ipſius circuli equantis ad totum equantem. quam/
obrem ſicut primum filum centrum medium oſtendit in equante.Ita & ſe
undum filum in zodyaco idem demonſtrat. ¶ Et ſcias ꝙ arcus zodyaci/
interceptus inter initium arietis & locum interſectionis eiuſdem fili a cen
tro mundi protracti per centrum equantis ac lineam augis ecentrici uſq;
zodiacum.dicitur Aux Planete in ſecunda ſignificatione.

¶ Quod ſi notato dicto medio motu idem protraxeris filum ex centro
mundi ad centrum epicicli planete in epiciclo ſignatū arcus zodyaci inter/

ceptus inter̃ initium arietis & locum ſectiõis huius fili dicitur Verus Motus epicicli. Arcus uero zodyaci exiſtens inter hunc uerum motũ & dictũ medium motum notatum. dicitur Equatio Centri in zodiaco equata.

Locus quidem ſectionis eiuſdem fili in circulo ſignorum & gra. epicicli. dicitur Verum Argumentum.

Arcus uero paruus epicicli interceptus inter uerum argumẽtum & medium argumentum dictum. dicitur Equatio Centri in epiciclo que ſemper eandem eſſe ſcias cum equatione centri in zodyaco. ut clare patet ex theorica motuum trium ſuperiorum planetarum.

Preterea arcus zodyaci exiſtens inter uerum motũ aut locum epicicli & uerum locum augis ecentrici in zodiaco. dicitur Centrum Verum.

Arcus quidem zodiaci interceptus inter uerum locum planete & uerũ locum epicicli ſupradictum. dicitur Equatio argumenti.

Locus qdẽ ĩterſectiõis eiuſdẽ fili in zodiaco ꝓtracti a cẽtro mũdi ad cẽtrũ corpis planete in epiciclo ſignatũ dicit̃ Verus Locus planete ĩ zodiaco.

Tertia pars de motibus martis ſolis & ueneris. & primo de circulorum ordine ac terminorũ eorundẽ expoſitiõe.

1 Magne rote circulorum ordo.

Circulus
- zodyaci martis.
- zodyaci ſolis & ueneris.
- Argumenti ſolis. mediiqꝫ centri ue.
- Anni currẽtis ſolis ac ue. cum menſibus ac diebus ſuis.
- Medii cẽtri martis. cuius initium dicitur aux equãtis ipſius martis. linea uero ſibi dyametraliter oppoſita dicit̃ oppoſitũ augis.
- Annoꝝ collectoꝝ ꝑ medio cẽtro martis.
- Annorum expanſorum martis in circulo mobili.
- Anni currentis martis cũ menſibus ac diebus eius.

In medio ipſius rote mobilis eſt conclauata quedam uoluella metallica mobilis tamen. Cuius centrum dicitur centrũ equantis martis. In ipſa uoluella quedam protrahitur linea recta quattuor continens in ſe centra primum quud eſt conclauatum dicitur centrum equantis martis. ut dictum eſt. ſecundum quod ſequitur dicitur centrum equantis ſolis ac ueneris. tertium quod eſt perforatum dicitur centrum mundi ſolis & ueneris in quo filum ſubtile debet imponi. quartum dicitur centrum mundi martis. etiam perforatum in quo ſimiliter filum quoddam debet firmari. Centrum autem deferentis eſt centrum ipſius rote magne ſuper quo ipſa uoluitur: tantum diſtans a centro mundi ſolis & ueneris quantum a centro equantis cuiuſlibet ipſorum.

¶Ordo circulorum epiciclorum martis & ueneris.

	Medii argumenti.
Circulus	Annorum collectorum.
	Annorum expanſorum in rota mobili.
	Anni currentis cum menſibus ac diebus ſuis.

Eſt preterea in cauda cuiuſlibet epicicli. paruus quidã circulus cuius cẽtrũ dicit̃ centrũ corporis planete ibidẽ deſcripti. Id uero rotũdum in medio epicicli firmatũ dicit̃ centrũ epicicli cõtinens in ſe filũ quoddã ut ſupra Centrũ aũt corporis ſolaris eſt ipſum centrum epicicli ueneris.

¶Verum locum Martis ad quodcunq; tempus ſcire libuerit inueſtigare.

2 ¶Primo diſpoſitis rotis mobilibus modo quo dictũ eſt ſupra in cañ. ſaturni &c. ſituata ſimiliter uoluella mr̃is uerſus lineã oppoſiti augis martis ut ſupra, ꝓtrahe filũ ex centro epicicli martis ad centrũ equantis eius quod eſt centrũ quo dicta uoluella firmatur. ſecunda uolue rotam magnam donec ad contactum fili peruenerit dies menſis intentus in circulo anni ſui currentis inuentus. tertio ad idem filum ſic diſpoſitum uoluendo epiciclũ martis. pone diem eundem in epiciclo repertum.

¶Hiis rotis ſic immobiliter manentibus protrahe filum ex centro mũdi martis ad centrum corporis eius in epiciclo ſignatum. Et locus interſectionis huius fili in zodyaco ſuperiori in ſignis & gradibus dicitur uerus locus martis ad meridiem illius diei.

¶Verum locũ ſolis ad quodcunq; uis tẽpus ſcire reperire.

3 Protrahe filum ex centro corporis ſolis quod eſt idẽ cũ centro epicicli ue. uſq; centrũ equantis ue. in uoluella magne rote ſignatum. ſecũdo idẽ filum pone ſuper centro mundi ſolis ac ue. Et locus interſectionis eius in zodyaco inferiori eſt uerus locus ſolis.

¶Verum locum ueneris ad quodcũq; tempus ſcire placuerit inueſtigare.

4 ¶Prio diſpoſito epiciclo ueneris modo quo ſupra. protrahe filum ex centro epicicli eius ad centrum equantis ue. in dicta uoluella matris ſignatum. ad quod filum pone diem intentum. in circulo anni ſolis ac ue. deſcriptum. ſecundo ad idem filum eundem pone diem in eius epiciclo repertũ. tertio protrahe filum ex centro mundi ueneris ad centrum corporis eius in epiciclo ſignatum & locus interſectionis huius fili in ſuo zodyaco uidelicet inferiori. eſt uerus locus ueneris ad horam meridiei eiuſdem diei.

5 Nota ꝙ medii motus. media centra. media argumenta. ac uera. uerus locus epicicli. equationes centri. equationes argumenti ac cetere tabularũ alfonſi operationes horum planetarum martis ſolis ueneris ac etiam & mercurii ſine calculo inueſtigantur eodem modo. ſicut dictum eſt in cañ. Saturni & Iouis.

Quarta pars de motu mercurii & capitis caudeqꝫ draconis. Et primo de circulorum eorundem ordine terminorumqꝫ declaratione.

6 Ordo circulorum magne rote mercurii.

Circulus.
- Menſium & dierum anni. pro motu augis deferẽtis per diſtantiam ecentrici a centro parui circuli mercurii.
- zodiaci mercurii.
- Medii centri mercurii in ſignis & gradibus circuli equãtis
- Menſium & dierum anni motus mercurii in equante.

In medio huius rote firmatur quedam uoluella tria continens in ſe cẽtra in linea recta primum centrũ conclauatũ. dicitur centrum parui circuli mercurii in circunferentia ipſius uoluelle deſcripti. 2^{m} dicitur centrũ equãtis. 3^{m} perforatum dicitur centrum mũdi in quo filum ſubtile debet firmari ut ſupra. Hec autem linea trium centrorum ſemper reſpicere debet lineam oppoſiti augis. Eſt & 4^{m} centrum ꝙ non apparet ſed in circunferentia parui circuli mouetur ſub rota magna ad motum augis defferentis in portione exterioris rote ſignate que dictum centrum centrici defert noſtris temporibus a. 12. die fere iunii uſqꝫ decimã diẽ februarii ſecũdũ ſucceſſionẽ ſignoꝝ ꝑ alterã uero medietatẽ ãni mouet᷑ cõtra ſucceſſionẽ eorũdẽ

Ordo circuloꝝ epicicli mercurii

Circulus.
- Medii argumenti.
- Annoꝝ collectoꝝ.
- Annoꝝ expãſoꝝ.
- ĩ prĩa rota mobili.
- Mẽſiũ ãni currẽtis.
- Dieꝝ mẽſis in rota mobili 2^{a}

Ordo circulorũ motus capiti draconis

Circulus.
- A Signorum zodyaci.
- Annorum collectorum.
- Annorum expanſorum in rota mobili.
- Menſium anni currẽtis.
- Cõtra ſucceſſionẽ ſignoꝝ

Et non ignores circa limbum epicicli mercurii paruum eſſe circulum cuius centrum dicitur centrum corporis mercurii.

Id uero rotundum in medio ipſius conclauatum dicitur centrum epicicli mercurii in quo debet filum ſubtile imponi ut ſupra.

Centrum etiam in medio rotule motus capitis draconis conclauatum dicitur centrũ mundi in quo ſimiliter filum imponatur modo quo ſupra

Verum locum mercurii ad quodcunq; ſcire uis tempus inueſtigare.

2 Primo diſpoſita prima ac maiori rota mobili annorum uidelicet expanſorum epicicli ad annos collectos modo quo ſupra. pone lineam initii dierum. 2e rotule mobilis ad lineam menſis intenti currentis. ac lineam augis in magne exterioris rote portione ſignatam: pone ad contactum eiuſdem diei in circulo menſium & dierum anni motus augis in limbo repti. Demum protracto filo ex centro epicicli mercurii ad centrum equantis in uoluella ſignatum: moueatur rota magna ſimul cum exterioris rote portione. donec ſub eodem filo directe peruenerit eadem dies in circulo menſium equantis reperta ad idemq; filum ſic quieſcens mouendo epiciclum eundem pone diem in epiciclo deſcriptum. Vltimo ꝓtrahatur filū aliud ex centro mundi ad centrum corpis mercurii in epiciclo notatū. & locus interſectionis huius fili in zodyaco eſt uerus locus mercurii.

Verum locum capitis ac caude draconis ad quodcunq; tempus placuerit ſcire reperire.

3 Primo diſpoſita rota mobili huius motus modo quo dictum eſt in 2a parte huius protrahatur filum ex centro mundi per diem menſis in ipſius anni currentis circulo repertum & hoc ſecundum eſtimationem ueritati propinquam parui ſpacii menſis occaſione. uſq; ad circulum zodyaci. & locus interſectionis eiuſdem fili in ſignis & gradibus zodyaci eſt. uerus locus capitis draconis. locus uero zodyaci ſibi oppoſitus. uerus dicitur locus caude draconis.

Quod motus augium dictorum ſex planetaꝝ ex octaue ſpere motu ꝓueniēs lēto ꝓceſſu tpis non ſit negligēdus.

4 Hic q̄ ſcire debes ſupradictorum ſex planetarum auges ad motum 8e. ſpere moueri ſemper ut dictum eſt ſupra in motu. 8e. ſpere. Cum igit̄ in hiis inſtrumētis dictoꝝ planetaꝝ uidelicet ſaturni. iouis. martis. ſolis. ue. & mercurii. auges fixe. calculateq; ac diſpoſite ſunt ad annū domini. 1500. Eſt neceſſariū ueris ipſoꝝ locis per hec inſtrumēta reptis tātū addere. aut ſubtrahere. q̄tum interim citra dictum tempus. 1500. aut antea dicta 8a ſpera fuerit mota nec eſt hoc intelligendum de motu lune. cum aux lune proprio mouetur motu ab oriente in occidente ſemper & non ad motum. 8e ſpere ab occidente in orientem. quandoq; quidem econtra.

Quinta pars de motu Lune.

1 Primo de maioris rote circulorū ordine. ac terminorum expoſitiōe

zodyaci primi mobilis.
Annorum collectorum:
Circulus. Annorum expanſorum in rota mobili prima.
Menſium anni currentis in eadem rota mobili.
Dierum menſis currentis in rota mobili.zª.
Motus centri ecentri lune in lamina metallica cum puncto oppoſito.

Huius lamine metallice centrum.dicitur centrum mundi rote maior firmatum.Circa quod centrum mundi uoluitur centrū ecentrici lune una cum puncto ſibi oppoſito contra ſucceſſionem ſignorum.Et quanta quidem eſt diſtantia dicte centri ecentrici a centro mundi.una ex parte.tantā eſſe diſtantiam puncti oppoſiti ſcias ex parte altera. Cauſa autem ac occaſio motus cētri ecētrici in propoſito eſt portio rote exterioris.cuius linea in medio ſpacii ipſius deſcripta dicit̃ aux lune.locū tamē pūcti oppoſiti potius notare teneris q̄ centri ecentrici.quoniam teſte planetarum theorica capitulo de motu lune.dyameter epicicli lune ſuper punctum oppoſitum reſpicit ubicunq̄ ipſum fuerit.

Ordo circulorum epicicli lune.

Circulus.
Dieꝝ mēſis currētis.
Mēſiū āni currētis ī rota mobili prima.
Annoꝝ expanſoꝝ.
Annoꝝ collectoꝝ ī rota mobili za.
Medii argumēti lune.

Ordo circulorum motus augis lune.

Circulus.
zodyaci primi mobilis.
Annorum collectorum.
Annorum expanſorū ī rota mobili prima.
Menſium anni currentis.
Dieꝝ menſis currētis in rota mobili zª.

Et ſcias ꝙ pūctus paruus exiſtens in linea ſexti ſigni completi circuli medii argumenti dicitur centrum corporis lune.

Id autem rotundum in medio epicicli conclauatum dicitur centꝝ epicicli lune.in quo filum quoddam imponi debet modo quo ſupradictum eſt.

Centrum autem in medio rotule motus augis lune conclauatū.dicitur centrum mundi.in quo ſimiliter filum imponitur ſubtile.ut ſupra.

De modo diſponendi rotas mobiles lune.

z Eundem fere modum eſſe ſcias diſpoſitionis rotarum mobiliū lune quem ſuperius dixi in cañ.ſaturni & iouis ac epicicli mercurii. Et eſt ꝙ primo diſponas lineam anni collecti completi ad lineam anni expanſi perfecti aut econtra.Ita ꝙ una ac eadem ſit linea anni expanſi cum linea anni collecti. & ſic quieſcat ſi uolueris anno completo lineam anni expanſi ſequentis iunge lineæ anni collecti ut ſupra. Demum lineam

initii dierum rota mobili dierum inuentam. iunge lineæ menſis currentis in altera rota mobili deſcripti. & ſic ſimiliter quieſcat donec completo mẽſe pone lineam eandem initii dierum ad lineam menſis ſequentis. ſicq̧ hãc lineam initii dierum de menſe in mẽſem mutabis. ſicut lineam anni de anno in annum mutare teneris.

¶Medium motum lune ad quodcunq̧ uis tempus ſcire reperire.

3 ¶Diſpoſitis rotis mobilibus maioris rote protrahe filum ex centro mũdi per lineam diei intenti uſq̧ zodiacum & locus interſectionis eiuſdem fili in ſignis & gradibus zodiaci dicitur medius motus lune ad horam meridiei illius diei.

¶Medium argumentum lune ad quodcunq̧ uis tempus ſcire inueſtigare.

4 ¶Diſpoſita rota epicicli ut ſupra. protrahe filum ex centro epicicli lune uſq̧ lineam diei intenti in circulo dierum reperti. & locus interſectiõis eiuſdem in paruo circulo medii argumenti dicitur medium argumentum in ſignis & gradibus epicicli.

¶Augem lune ad quodcunq̧ uis tempus ſcire reperire.

5 ¶Primo diſpoſita rota motus augis lune ut decet modo dicto. protrahe filum ex centro mundi uſq̧ zodyacum per diem intentum in parua rotula deſcriptum. & locus interſectionis eiuſdem fili in ſignis & gra. zodyaci. dicitur locus augis lune. Hũc autem locum augis notare debes in zodyaco maioris rote ad cuius contactum pone lineam augis lune ſignatã in portione exterioris rote anteq̃ ad operationem noticie ueri loci lune procedas.

¶Verum locum motus lune ad quodcũq̧ uis tempus ſcire placuerit inueſtigare.

6 ¶Primo diſpoſitis omnibus rotis mobilibus modo ſupradicto aptata ſimiliter linea. augis lune ſuper uero loco augis in zodyaco reperto ſecundum cañ. precedentem. protrahe filum ex centro epicicli lune ad centrum mũdi & moue rotam maiorem ſimul cum linea augis diſpoſita ut primus. donec ad ipſum filum peruenerit linea diei intẽte in rota dierum reperte. ¶Et ſic rota immobiliter ſtante pone idem filum ſuper paruo puncto oppoſito in lamina metallica ſignato. ſecundo ad idem filum ſic diſpoſitum. pone eundem diem in epiciclo notatum. ultimo protrahe filum ex centro mundi ad centrum corporis lunaris in epiciclo ſignatum. & locus interſe-

ctiōis eiuſdem fili in ſignis & gradibus zodyaci.eſt uerus locus lune ad horam meridiei. ¶ Quod ſi ad aliquam horam ante aut poſt meridiem uerum locum lune ſcire deſideras.talem ac eandem fac operationem cum filo protracto ſuper linea hore intente poſt aut ante meridiei eſt qualē feciſti ſuper linea meridiei & locus interſectionis fili ultimi a centro mundi ad centrum corporis lune protracti eſt uerus locus lune ad horam intentam.

7 ¶ Medium ac uerum argumentum: medium motum: equationes centri & argumenti.ceteraſq; tabularum operatiōes longas ac tedioſas pro ueri motus lune habenda noticia neceſſarias ex operatione iam dicta ſine calculo ſcire ſi cupis inueſtigabis hoc modo.

¶ Diſpoſitis omnibus mobilibus rotis cum linea augis & protracto filo ex centro epicicli lune ad centrum mundi. per diem intētum. Diſpoſitoq; demum eodem filo ſuper puncto oppoſito ſecundum canonem ſupradictum.pone diem eūdem in epiciclo repertum ad ipſum filum ſuper oppoſito puncto quieſcens.tunc quidem locus interſectionis ipſius fili in circulo medii argumenti in epiciclo deſcripto.dicitur.Medium Argumentum. Eodemq; filo poſito ſuper centro mundi ceteriſq; fixe manentibus. locus interſectionis eius in eodem circulo ſignorum & gra. epicicli.dicitur Verum Argumentum. ¶ Arcus quidem paruus epicicli inter medium & uerum argumentum exiſtens dicitur Equatio Centri.hec tamen equatio nulla eſt.dum filum iſtud tangit lineam augis aut oppoſitū eius. quia tūc unū eſt & idem medium argumentum cum uero. ¶ Preterea ipſo filo ſic ſtante ſuper centro mūdi.arcus zodyaci inter initium arietis. & dictum filum exiſtens ſecundum ſucceſſionem ſignorum dicitur medius motus lune.

¶ Arcus uero ab eodem initio arietis uſq; dictum filum contra ſucceſſionem.dicitur Medius Motus augis:diſtantia quidem eiuſdem fili in zodyaco a uero loco lune.dicit̃ Equatio Argumēti. Eiuſdēq; fili diſtātia a linea augis ecētrici ſūpta ſecūdū ſucceſſionē ſignoꝝ zodyaci dicit̃.Cētrū Lune.

¶ Huius autem arcus ſiue diſtantie medietas. dicitur Media Elongatio lune a ſole.que ſumitur ſecundum medios motus amborum luminarium qui motus medii cum motu augis ecentrici lune talem habent annexionē ſecundum theoricam planetarum capitulo de motibus lune ꝙ ſemper medius motus ſolis in medio exiſtit inter augem ecentrici lune & mediū motum eius.aut ſimul in uno loco cum eis.in omni coniunctione luminariū. aut eſt ſolꝰ in oppoſito amborum ſimul exiſtentium. in omni oppoſitione eorundem luminarium. ¶ Vnde ſcias diligenter. ꝙ quocunq; tempore alicuius diei reperis mediū motum lune ſimul cum linea augis. eadem die fit coniunctio aut oppoſitio luminariū infra tps.12.horarum ante aut poſt

tempus inuentum.quod certius ſcire poteris modo quo ſequitur.

De coniunctione luminarium & oppoſitionum.

Ad eundē igitur diem qua motus lune medius ſit una cum linea augis ſcias uerum locum ſolis ſimiliter & uerum locū lune ꝙ ſi ambo ſimul fuerint in loco uno tunc fit cōiunctio eorūdē hora meridiei. Si uero luna preceſſerit ſolē tunc factam coniunctionem eſſe ſcias ante meridiem.ſi aūt ſol anteceſſerit lunam fiet cōiunctio poſt meridiē. & ꝓ differentia cuiuſlibet gradus addunť hore due fere ſi fuerit poſt meridiē aut ſubtrahūť ab hora meridiei ſi fuerit ante meridiē.& hoc uerum eſt dum luna moueť in die naturali gra.12.preciſe. Si uero ſcitis ueris locis luminariū ſol fuerit reptus in oppoſito loco lune fit oppoſitio in meridie.ſi uero ſol fuerit plus in gra. loci oppoſiti lune fiet oppoſitio poſt meridiē. Si uero fuerit minus.in gra.loci oppoſiti facta eſt ante meridiē.& ꝑ differētiā graduū opaberis in oppoſitione ſicut dictū eſt in cōiūctiōe.uerūtamē accidit pluries lunā citius aliquādo qdē tardius moueri q̃ ꝓpter dū motus ipſius ī una die exceſſerit gradus. 12.aut ab illis fuerit diminutus oportebit hoc meridiane plus aut minus addere de tpe aut ab eadē ſubſtrahere ſecūdū ꝓportionē exceſſus aut diminutionis differentie.gra.ac minutoꝝ ſuper gra.12.ad motum totius diei.

Eclipſis ſolis in coniunctiōe aut lune in oppoſitione quacunq; poſſibilitatem inueſtigare.

9 Primo ad tps uere coniunctionis aut oppoſitionis luminariū ſcias uerū locū lune.ſcias etiā & ueꝝ locū capitis ad caude draconis ad idem tps ſecundū canones ſuos ſupraſcriptos.2°. ſcias diſtantiā unius ab altero q̃ ſi fuerit minor gradibus.12.eclypſim fieri ſcias eē poſſibile & q̃to fuerit dicta diſtātia minor tāto ſcias eclypſim ſolis in cōiunctōe aut lune in oppſitiōe maiorē eē.ſi uero dicta diſtātia maior fuerit gra.12.eclypſim fieri ē īpoſſibile.

De animaduertentia anni biſextilis.

10. Cauendū eſt autem a biſexto.nam cū annus currens fuerit biſextilis & die trāſacta.28.februarii uel iſq; ꝓ.29ª.eiuſdē uerum ſcire motum alicuius planete opationem facies ꝓ prima die martii.& ꝓ prima martii accipe diem.2am eius & pro 2ª.3am & ſic cōſequenter ꝑ oēs dies alioꝝ menſium totius anni illius biſextilis eodem modo ſemp diem unum addendo in oībus motibus & precipue motibus martis ſolis ue.& mercurii maxime quidem motibus lune oīum motuum uelociſſimis.donec anno biſextili completo. mutabis rotam cuiuſlibet motus ad annū ſequentem modo ſupradicto in cañ.de mō diſponendi rotas mobiles ad annum quēcunq; uolueris.

De modo componendi almanach magnum ſine calculo.

11. ¶ Ex hiis ſupradictis faciliter almanach poteris componere magnum. primo menſes cum ſuis diebus ordinādo ad modum Kalendarii ſpacio relicto competenti pro ueris locis cuiuſlibet planete ordinatim ut moris eſt inſcribendis demum a menſe ianuarii inchoando. quere uera loca ſaturni & iouis de.5.in.5.dies aut de.10.in.10.martis uero ſolis ueneris & mercurii. de tribus in tres aut de.5.in.5.dies ſecundum quod placuerit & quātum enim tunc in diebus intermediis quilibet ipſorum ambulat facilime comprehēdere poteris. ¶ Verum autem motum lune queres de die in diem.& ipſorum quemlibet ſuo in loco ordinato in directum diei intente ſcribere debes.& hoc uſq; anni complementum continuando. Ex huius operationis proceſſu tunc leuem nunc tardum motum nunc ſtationarium tūc directū nunc retrogradum.nunc in auge.nunc in oppoſito augis. aut longitudinibus mediis tam epicicli q̄ ecentrici exiſtentiam cuiuſuis planete oculata fide noticiam habes.Similiter & coniunctiones oppoſitiones & eorundem oīum aſpectus inter ſe palam ac manifeſte tibi apparent. Et quia hec materia de ſe leuis eſt ſermonis prolongatione non eget.

¶ Hec autem ad meridianum carpeñ.aut auinioñ.intellige ab orientalioribus regionibus diminue.& occidentalioribus adde.ſecūdum doctrinam tabule longitudinum regionum.Io.de monte regio.

¶ Sexta pars principalis de motu ſignorum zodiaci primi mobilis.in aſtrolabio phiſico.

1. ¶ Et primo de circulorum ordine ac terminorum expoſitione.

Eſt autem primus ac maior circulus horarū equinoctialium. demū ſequtur circulus graduū equinoctialiū quorū qlibet gra. repreſentat quattuor minuta horaꝝ numerus aūt graduū a linea meridiana de.10.in.10.uſq;.180. in lineā medie noctis eſt deſcriptus ꝑ orietalē partē ſemicirculū quātū opationi noſtre ſufficit cōplens. tertius eſt circulus.16.anguloꝝ ptholomei tā creticos q̄ indicatiuos in ſe continens dies. Eſt & quartus circulus cōtinēs numerū oſtendentē latitudinē cuiuſlibet regiōis cū oībus ſuis circulis obliquis qui dicunt circuli orizontiū obliquoꝝ quoꝝ quilibet totū orbē terre in duas ſeccat ptes equales ex oī ſui pte diuidens ptē celi uiſam a non uiſa quēadmodū circulus equinoctialis qui dicit rectus. Que ſit linea orientalis.occidentalis meridiana ac medie noctis ſiue ſeptētrionis ſatis ex illarum deſcriptione in facie martis aſtrolabii clare deſcribitur.

¶ Eſt preterea lamina quedam ſiue rota uolubilis centro matris conclauata duos in ſe cōtinens circulos quorum maior dicitur circulus.12.ſignorum zodiaci primi mobilis cū gra.ſuis.ſecundus atq; paruus circulus circā cētrū mūdi deſcriptus dicit circulus equatiōis dierū.Cētrū aūt conclauatū

eſt centrum mundi ſuper.quo.5.mouentur oſtẽſores quorum quilibet re-
puntat ex.12.domibus celi accidentalibus domum unam uidelicet.ii.12.1.2
&.3.decimam autẽ linea meridiei & quartam domum linea medie noctis
oſtẽdit ſecũdũ ꝙ cuilibet oſtenſoꝝ aut lineaꝝ ſupraſcriptũ uidere poteris.

Arcum diurnum ac nocturnum ſiue lõgitudinem cuiuſuis diei ac noctis ad quamcunqꝫ regionem ſcire placuerit inuenire.

.2. Primo ponito uero loco ſolis diei intenti in ſignis ac gra.zodiaci notato ſuper orizonte orientali regionis illius quem intendis p tabulã ſequẽtem ſuper eodẽ gra.ſolis ſic ſtante.pone unũ ex oſtenſoribus ſupradictis & ſcito ꝙ numerus gra.exiſtẽtiũ inter lineã medii celi ſiue meridiei & gradũ contactus ipſius oſtẽſoris in gradibus limbi eſt arcus medius diurnus quo duplato reſultat arcus diurnus.Similiter numerus gra. exiſtentium inter gra.contactus dicti oſtenſoris & lineam medie noctis eſt medius arcus nocturnus quo duplato reſultat totus arcus nocturnus.

Eodẽqꝫ modo numerus horarum ac minutorum inter lineã meridiei & locum contactus dicti oſtenſoribus exiſtentiũ eſt media longitudo diei q̃ duplata tota reſultat lõgitudo ſiue q̃titas diei ſimiliter q̃titas horaꝝ ac minutoꝝ exiſtẽtiũ inter dictũ locũ cõtactus oſtẽſoris & lineam medie noctis eſt media longitudo noctis qua duplata totius noctis producitur q̃titas.

Tabula latitudinum regionum ac ciuitatũ ſequeñ.

.3. Gradus altitudinis poli.

yſlandia inſula:	.66.	.66.
Gronlandia.		65.
Suedia.		64.
Noruegia.		63.
Luionia.		62.
Orchades inſule.gothia orientalis.ryphorum regio:		61.
Septentrionalis pars ſcothie.uirona		60.
Gothia inſula.mygar.ci.fons thanays fl.		59.
ybernie extremitas.dacia.riga.ci.ſcythia.		58.
Scothia.mare balticum.ruſſia antuuordia.ci.magna.		57.
Aredon inſula ybernie.me[m].ybernie.anglie extremitas.pruſſia.		56.
ybernie medium.extremitas anglie.dantiſcus.		55.
Anglie medium.polonia.ſarmathia.europe.		54.
Saxonia.maldeburgum.amaſonum regio.tartaria.		53.

Longdonium.friſcia.brunſuuiga.	52.
Dollandia.zelandia.bohemia.cracouia.polonia.	51.
Flandria.brabantia. colonia.praga.	50.
Noremberga.bauaria.	49.
Britania.normania.franconia..uuallachia.capha.	48.
Andegauia.nantes.francia.pariſius.ulma.buda.	47.30.
Pictauia.molinis.auſtria.ungaria.boſſina.	46.
Burdegalia.lugdunum.gebennis.mediolanum.uenetia. dalmatia.	45.15.
¶ Toloſa.ſ.ia.galicia.auinio.carpentoras.ferraria.macedonia.	44.
trachia.conſtantinopolis.trapeſonda.mare caſpium.	44.
Nauerra.mons peſſulanus.ianua.florentia.turchia. armenia	43.
Ceſarauguſta.roma.beneuentum.media.hircania.	42.
Aragonia.neapolis.pamphylia.	41.
Salamanca.corſica.calabria.achaya.athenes.	40.
Liſbona.caſtillia.peloponeſus.lycia.cylicia.parthia.	39.
Tolletum.ſardinia.aſſyria.	38.
Valencia.minorica.tharſos.	37.
Corduba.maiorica.cicilia.rhodus.	36.
Granata.candia.cyprus.meſopothamia.	35.
Sybilia.cartago.baruth.tyrus	34.
Bugea bona.damaſcus.	33.
Cepta.alger.iheruſalem.ſyria.perſorum regnum.	32.
Capraria inſula.alexandria.ydumea.babilonia.ſuſiana.	31.
Affrica.lybia.caldea.	30.
Egiptus.alchayra.mons ſynay.ſaba regio ex qua.3.reges.	29.
Numidia.mare rubrum.elamitarum regio.	28.
Portus ſanctus inſula.ſyrtis.mare perſicum.	27.
Madera inſula.thebeci.egypti.	26.
Caſtana arabia felix	25.
¶ Syene ci.egipti.mecha ci.ſepulchri machometi.	24.
Gratioſa inſula.	23.
Parma inſula orto uentura.	22.
Gomera canaria inſula.deſertum nubie.	21.
Garama.metropolis.nubia regio.	20.
Meroes inſula nyli fluminis.ex qua regina ſabae.	15.
Auxuma ci.regia.cynamphera regio.in qua preſbiter io.	10.

Eſt enim regio nr̄is tp̄ibus inuenta.uulgari hyſpanico dicta laguinea.cuius

longitudo ab occidente uero eſt graduum.60. fere latitudo uero ab eqno/ctiali uerſus auſtrũ.gra.12.fere.circa quam plures ſunt inſule nobis non certitudini aliter note.per hanc quidem tabulam latitudinum regionũ differentiam notabilẽ q̃titatis unius & eiuſdem cuiuſuis diei aut noctis ĩ diuerſis regiõibus faciliter modo ſupra dicto cõprehẽdes.poterit ei q̃libet ꝓpriam regionẽ ĩ ſuo circulo orizõtis ꝑuis q̃buſdã pũctis aut aliquo colore occaſione facili oris noticie orizontis habende ſignãter notare.ſpaciũ etiã ĩter duos orizontes quoſlibet exiſtens.5.cõtinet gradus quapropter ſi propriũ circulũ ꝓ tua regiõe nõ inuenis ſignatũ accipe de ſpacio orizontis deſcripti propinquioris gra.eleuatiõis poli tue regionis ſecundum proportionem exceſſus gradus eiuſdem eleuationis poli ad orizontem notũ ibidemq; regionẽ tuã tam ĩ orientali q̃ occidẽtali parte ſigno tibi noto deſigna.& quãtus fuerit orizontis circulus in parte ſuperiori tantus & ĩferiori parte a linea recta ueri orientis ac occidentis erit computandus.

¶ Creticos ac indicatiuos ĩtercadenteſq; dies ac alterationũ accidentiumq; ipſorum qualitates in quo uis morbo ex ſuperiori radice quantum poſſibile fuerit inueſtigare.

4 ¶ Pro cuius noticia ſciendũ eſt primo.Criſim uelocem ac uehementẽ eſſe motum morbi cum infirmus ad ſanitatem aut mortem deducitur. ut dicit gal.amphoriſmorum.2ª.9ª.13ª.& eſt dies qua bellum fit nature contra morbum & morbi cõtra naturam.q.dicitur.7ᵐᵃ ab initio morbi. 14ª. 20ª.27ª.&c. hii quidem dies tam cretici q̃ indicatiui ac intercadẽtes apud medicos ſciuntur ſcientia que eſt. qui longeuis experientiis edocti ſic aut quaſi regulariter fieri uiderunt ſed non propter quid.Horum tamen effectuum occaſionem ac cauſam ptolomæus.60. propoſitione. centiloquii. ſic inquiens detexit.

¶ Albaharim ſane.certe ſunt hore quibus declarantur mutationes morborum ad bonum uel malum uelociter Et ſunt loca lune in angulis quadrati concluſi a circulo directo. Alterationes uero que precedunt has & indicant ſunt loca lune in angulis habentibus.16.latera. Et hoc poſtq̃ proceſſerit eſſe egritudinis ſecundum equalitatem ſine interpretatione & nõ acciderit aliquod exterius quod conturbet infirmum deſtruat uel noceat ut cibus ira labor & huiuſmodi.Cum igit̃ inuenerimus huic fortunam in angulis predictis hora principii egritudinis tam de fixis q̃ de erraticis ſignificabit alterationem proſperam.Si uero ĩfortunam alterationẽ ꝓaduerſam niſi fuerit ipſa infortuna egritudini contraria & in ſuo hais.luna uero in huis angulis ſignificat ſuper morbis acutis. Sol uero ſuper prolitis.

Et ſimiliter omnis planeta ſecundū mores ꝓprios ſignificat.hec ille.Haly
nāq; hāc ꝓpoſitionē exponēs in cōmēto dicit ī prīcipio morbi naturā eſſe
deuictā ab ipſo morbo ne ꝓcedāt operatiōes eius ſecundū eq̄litatē nec mor
bo repugnat hora q̄ uincit̄ ſed expectat ut ſit luna in loco illi cōtrario per
aſpectū.uel per contrarietatē alicuius ſignoꝝ in quo fuit in prīcipio mor-
bi tūc etenim incitat̄ natura ut repugnet morbo ſicut prudēs accuſator in
ſipienti accuſato non uult repugnare donec accuſati debilitata uirtute ad
locum in quo careat auxiliatoribus peruenerit. Et quia manifeſtum eſt lu
nam fortioris eſſe īpreſſionis circa naturā & morbū iuuādo uel nocēdo in
terminis q̄rtaꝝ criſium q̄ in aliis angulis.quoniā ī ipſis dn̄ium unius q̄lita
tis īchoat & terminat dn̄ium alterius etiam in hiis quartis fit aſpectus ini
micicie quod nō in aliis cōtingit q̄propter in angulis indicatioꝝ nō tantū
influit ſicut in creticoꝝ angulis ad huc quidē remiſſius in angulis interca-
dētiū dieꝝ īprimit ceteris paribus .in hiis enim ac īdicatiuis potiſſime die
bus aliqua ſigna comūiter demōſtrant̄:q̄ ī creticis diebus uētura ſunt q̄ ſe
cundū q̄litatē morbi ſi bona fuerit ut puta digeſtio materie in uria ſerean
di facilitas.appetitus bonus.pulſus eq̄lis:uirtus fortis. &c.uictoriā nature
ſup morbū ſignificat.Vnde medicus prudens in die cretico ſequenti egro
tum meliorari ꝓnoſticat.ſi uero mala ſigna apparuerint contrariū iudica-
bit.& qualiter ipſum tunc regere debet non ignorat.ad cuiuſq̄dē notitiam
ſimplex aſtrologus difficulter perueniet niſi phiſicalis ſciente expimētū
habuerit.hoc enim.eſt quod dicit ptolomæus.7a.ꝓpoſitōe centilogii .Nō
poterit quis ſecundum ſtellarum diſpoſitionem uera.pronoſticari niſi qui
uim anime & naturalem complexionem bene nouerit.quapropter medi-
cinali doctrine aſtrorum ſcientiam ueteres adiunxerunt . quatenus utraq;
uia ꝓcedētes ſui operis certiorē finem attingerēt ut idem dicit ptolomæ-
us.prīo quadripartiti ca.3.Quod quidē ſapiēs aduertēs ypo.in primo ꝓno-
ſticoꝝ ayt.eſt etiā quoddā celeſte ſignum in quo medicū ipſum oportet ꝓ
uidere cuius ſi tāta fuerit prudētia admirabilis eſt nimiumq; ſtupēda. &c.
hoc namq; quidā de circundante nos aere uolūt intelligi quod minus ueꝝ
eſſe uidetur.cum aliud celeſte ſit ſignum.aliudq; elemētaris eſt agitatio &
aerē nos circundantē nō purum elementū ſed elementatū corpus exiſtere
non ignoramus.quodquidem celeſte ſignum dici incongruum uidet̄:ipſe
galiēus nāq; tertio de creticis diebus capitulo primo . omnium rerum ſub
lunari globo factarum duas dicit eſſe radices quarū unam ipſam dicit eſſe
materiam mobilem ac agitabilem ſemper ullo abſq; ordine.alterā uero ſe
cundū ordinē unum ac uiā certā ſemper ꝓcedere fatetur. quam celeſtium
corporū dicit influentiā nec omnibus que apud nos ſunt aduenit ordo ni-

ſi per illa corpora.Idemqꝫ galienus eodem libro capitulo ſexto ſic ayt. Et ego redeo ad rem quam conſideraui cum ſtudio ac perſcrutatione uehementi & inueni eam certam que non periit & eſt res quam inuenerunt aſtrologi egiptii.& eſt ꝙ luna ſignificat ſuper dies qualiter erit diſpoſitio hominis in eis.in egritudine ſua.quod eſt.quia ſi applicentur lune quedam ſtelle equales ex erraticis.& ſunt ille que nominãtur fortuna. erunt illi dies illi homini conuenientes dies.& ſi applicentur quedam ſtelle egredientes ab equalitate ex heſitantibus erunt illi dies illi homini.dies leſionis & triſtitie:&c.preterea.dicit io.damaſcenus ſententiarum ſecundo.Ex mutatione ſtellarum in longitudine & latitudine uicia nature & conſuetudines permutantur.Vnde ſatis euidenter concluditur illud celeſte ſignum ypo. aliud eſſe ꝗ aerem nos continentem ꝗꝗ tamen ex alterationibus aeris tẽpore congruo indebite ſuis in qualitatibus factis certos futuros morbos medicus predicere poteſt.quemadmodum pluribus in ſacre medicine libris & maxime amphoriſmorum ypo.tertio declaratur.Similiter quidem nec minus ex ſtellarum caudatarum ſiue cometarum in aeris regione apparentium uiſionibus plurima commoda aut inconuenientia mortalibus euentura que ſecunda ſtellarum dici ſolent agnoſci poſſunt.

Et hoc quidem eſt quod dicit ptolomæus.13. proponne centiloquii.cũ ſperica uis aliquid promiſcerit ſuper illud a ſecundis ſtellarum teſtimoniũ accipe.& dicit haly in comento.ſecunda ſtellarum ſunt effectus qui fiunt ĩ hoc mundo.ſ.in aere per ſtellas canti.cuius rei ex^m ponit tale. Significatũ namqꝫ fuit in regione quadam ꝙ uer illius anni multarum eſſet infirmitatum aſpeximus igitur in hyeme illa que fuit hyems multarum pluuiarum continuaꝝ & accedentiũ ut uenti & tonitrua propter quod medici deſtructionem rerũ ſignificabant in illo uere unde.cõueneret ſignificatores agẽtes & patientes in ipoꝝ ꝓnoſticatiõe.Ex cuius cõſideratiõe ſcire debes ꝙ quando ſtelle ſignificãt aliquid & z^a ſtellarũ illud cõfirmẽt certior eſt aſtrologus.Si uero nõ.nõ eſt adeo certus.hec ille.Secũdo ſciendũ ꝙ cretici dies in ꝓpoſito conſiderant̃ ſecũdũ aſpectũ loci lune ĩ prĩcipio morbi uſqꝫ diſtantiã gra.90.ĩ.90.indicatiuus dies ꝑ diſtantiã gra.45.ĩ.45.iter cadẽteſqꝫ per diſtantiam gra.zz.&.30.minutorum in.zz.cum dimidio.hec quidem diſtan^a quelibet ſiue aſpectus capitur ſecũdum motum lune in morbis accutis aut motum ſolis in morbis cronicis in gradibus zodiaci & per aſcenſiones ſignorum ac graduum in circulo directo.motus autẽ utriuſqꝫ luminarium tam ĩ gradibus zodiaci ꝗ equinoctialis nõ ſuper eſt equalis immo nunc leuius aliquãdoqꝫ pigrius mouentur.aſcenſiones ſimiliter ſignorum & graduũ zodiaci ſũt equales in circulo directo.quapropter & dictos dies

tam creticos q̃ indicatiuos ac intercadentes nunc citius nuncq̧ tardius eue nire contingit.ſecũdum uelocitatem aut tarditatem motus.hinc eſt ꝙ plu res medicorum dictos dies ſecundum ipſoꝝ diuerſas experientias diuerſi mode ſcripſerunt.nec igit̃ mirum uidet̃ ſi fortaſſe hec ignorantibus qbuſ dam particularibus practicis error cõtingat irremediabilis qui eradicati uam medicinã incongruo tp̃e ac die cretico ipſis ignoto adminiſtrante & iam quiſq̧ ſcit medicus cretica die innouandũ nihil eſſe ſed ſinere: ampho riſmorum prima.amphoriſmo.Ea quorum criſis fit.&c.

C Hec autem aduertens conſiliator magnus differentia.104. excuſando gal.dicit hos motus celeſtes eiuſdem tp̃e nondum inuentos fuiſſe perfecte licet contemporaneus extiterit ptholomeo hãc materiam perſpicacius cõ prehendente.cuius ſcripta ad galienum fortaſſe non peruenere. cum ipſe de hiis minus complete ſcripſit tertio creticorum. unde & minime ſibi di cit imputandum eſſe ſed magis poſterioribus:& maxime auicenne.2ª.fen. quarti ca.ſecundo dicenti in hiis conſiderationibus trangreſſionem eẽ qa medicum extra ſuã artẽ perducit &c. Ex cuius dicto dicit conſiliator maio ra ſequi inconuenientia q̃ ex dictis gal. uide ipſum ibi & nota bene.

C Supereſt nũc quidem intentionẽ ptholomei explicare qualiter ad noti tiam dierum ſupradictorum abſq̧ calculo peruenire poſſumus per.16.an gulos circuli quadrati concluſi a circulo recto ac eorundem alterationis q̃ litatem quantũ ex ſupiori radice poſſibile fuerit inueſtigare. Cuius modus eſt iſte.primo ſcito principii morbi tempore quod in ꝓpoſito tp̃s eſt ma nifeſte leſionis operatiõis alicuius uirtutis: ſiue fuerit hora decubitus in le ctum ſiue non: ad quod qdem tempus ſcias uerum locũ lune in morbis acu tis.& ipſo reperto gradu in zodiaco mobili ſitua ipſum ſup linea meridiei que dicitur initium morbi in caſu propoſito quo zodiaco immobiliter ſic manente omnes conſidera.16.angulorum lineas ac gradum quemlibet ſu um angulum contangentem. Secundo conſidera diligenter tempus quo perueniet luna uero ſuo motu ad angulum creticum primum:qui eſt linea orientis & ſcito illud eſſe tempus diei cretici qua natura morbo repugnãs alteratio fiet magna in ipſo egroto .ꝙ ſi luna perueniens ad gradum dicte lineæ ĩuenerit ibidem planetam aut aliquam de ſtellis fixis notabilis quã titatis corporaliter:aut radios eius per aliquem aſpectum bonum atq̧ con trarie qualitatis qualitati ipſius morbi iuuabit tunc luna naturam ledendo morbum.Si uero fuerit ſtella ſimilis complexionis cum morbo. contrari um accidet.iuuabit enim morbum & ledet naturam. ꝙ ſi naturam iuuan do:fuerit ipſa ſtella de ſe benigne nature fiet criſis completa & abſcidet ip ſum morbum.ſi uero fuerit maligne nature impediet criſim fieri aut ſaltẽ fiet incompleta.hoc idem ſimiliter fiet ſi fuerit maligne nature & contra rie complexionis cõplexioni morbi.ſi uero fuerit nature maligne & ſimi

lis complexionis morbi ſignum eſt mortis ī illa die. Simili modo intelligē dum eſt in angulis indicatiuis ac intercadētibus niſi ꝙ ceteris paribus minoris ſunt profectus aut nocumenti. Et ſicut dictum eſt de primo angulo cretico: ita ſentiendum eſt de ceteris angulis creticis atqꝫ indicatiuis &c. Et ſcias ꝙ in quolibet angulorum contingit egrotum euadere poſſe: aut terminari ſecundum ſortem benignorum: aut malignorum impreſſionē concurrentibus cauſis ſecundis. nam ut dicit ptolomæus hec omnia ueritatē habere poſtq̄ egritudo ꝓceſſerit equaliter ſine īpedimento aliquo extrinſeco: quod contrebet infirmū. ut cibus. potus. ira labor. ceterecqꝫ res nō naturales. Et ſicut dictum eſt de impreſſione lune in morbis acutis. ita ītelligendum eſt de ſole in morbis cronicis.

De ſupradictorum declaratione per exemplum.

5 Ad euidentiorem ſupradictorum intelligentiā eſt aduertendū ꝙ corpus lunare cum fuerit in ſuperiori parte ſui epicicli & centro epicicli prope augem ecentrici exiſtente mouetur contra motū cētri epicicli & cōtra ſucceſſionē ſignoꝝ ex quo tarditas motus ſibi accidit. ita ꝙ in die naturali mouetur tantum gradibus. 10. fere hoc igitur ſic contingente ponamus locum lune. 27. gradum leonis in initio morbi & hic gradus. 27. ponatur ſuper linea meridiei que dicitur initiū morbi conſtat ex hoc gradum tangendo primam lineam creticam que eſt orientis eſſe 2^m. gradum ſagittarii. Ex quo tria ſunt principaliter conſideranda. primum eſt tarditas motus lune 2^m. magnus eſt arcus quem habet pertranſire uim exceſſus . 5. gra. ultra 90. occaſione cuius non poterit. 7ª. die ad lineam creticā peruenire ſed potius octaua que dies erit cretica. tertium conſiderandū idemptitas complexionis eſt amborum ſignorum in utraqꝫ qualitate. quoniam ambo . calida ſunt & ſicca. unde q̄tum ex influxu lune atqꝫ ſignorum nullum natura ſentit iuuamen contra morbum: imo morbus ipſe potius iuuatᷓ cōtra naturā Similiterqꝫ dum corpus lune in epicicli ſui parte fuerit inferiori etiam centro epicicli ſtante in auge ecentrici ut ſupra. mouetᷓ tunc luna una cum cētro epicicli ſecundū ſucceſſionem ſignorū motu ueloci gradibus. 15 . fere in die naturali. ponatur igitur locus lune. gra. 26. capricor. in initii morbi tēpore ſuper linea dicta meridiei. gradus tangens primam lineam creticam eſt primus gradus tauri. & hic ſimiliter tria notātur . primum uelocitas eſt motus lune. 2^m paruus eſt arcus quem habet per tranſire . 5 . gradibus fere diminutus a. 90. ratiōe cuius. 6ª. die ꝑueniet ad lineam creticam. Et 3^m eq̄litas eſt cōplexionis ſignoꝝ in utraqꝫ qualitate quoniā ambo frigida ſunt & ſicca. unde ſimiliter ex influxu lune nullū ſequitᷓ iuuamentū nature contra morbū q̄propter & hii dies. uidelicet. 6ª. & 8ª. nō ſunt dicti cretici niſi mali & ſuſpecti apud medicos. & in hiis ut plurimū aut moriuntᷓ egrotantes ſi nullum aliud auxilium ex ſuperiori radice ac inferiori arte medicine pro

uidentiaqꝫ medici ſalubrius adminiſtret aut ſit in hiis diebus criſis imper/fecta quod accidit dum fuerit in angulo cretico aliquis planetarum beni/gnus contrarie q̃litatis ipſi morbo. Quod ſi fuerit ibidē planeta malignus corpaliter aut per aſpectū eiuſdē cōplexiōis cū morbo tunc mores eſt in ianua ac diuine miſericordie eſt eger ipſe ſignis pronoſticis relinquendus.

¶ Quod ſi luna in motu ſuo in uelocitate ac tarditate exceſſum non habue/rit ad angulum perueniet creticum.7ª.ac.14ª.die &c. eritqꝫ ſignorum aſ/pectus in ambabus aut ī una ſaltē qualitatū cōtrarius.unde fit ut plurimū criſis bona.aliis ex parte tā ſupioꝝ q̄ īferioꝝ radice nō cōtra opantibus.ut ſatis declaratū eſt ſupra.Et ita ſentiendū eſt in aliis angulis ceteris pibus.

¶ De ſtellis fixis ac ipſaꝝ maturis in hac pte magis neceſſariis.

6 ¶ Quoniam ſupius dictū eſt de quibuſdā ſtellis fixis in qualitatibus criſium dignoſcendis neceſſariis.oportunum eſt & illas earundemqꝫ naturas & gradum cum quo quelibet ipſarū mediat celum ī hac parte nobis com/petētes explicare.nec ipſarū uera loca & ut pria pte huius dictū eſt ſecūdū motum lōgitudinis zodiaci congruit reiterare. Dicitur autem gradus ille mediare celū.qui p motū diurnū una cū ipſa ſtella ſimul ac eodē momēto ad lineā puenit meridiei. Quod qdē p tabulā ſeqntē faciliter ſcire poteris.

Nomina ſtellarum	gra.cum quo mediant celū.	natura
¶ Venter cete	.24.	ueneris
Andromeda	.6.	ueneris
Caſopia	.2.	martis
	Taurus	
¶ Triangulus	.1. .30.	mercurii
Caput algol	.ii.	ſatur.& iouis
Perſeus	.14.	ſatur.& ue.
Plyades	.15.	martis & lune
	Gemini	
¶ Aldebran	.3.	martis & ue.
Hyrcus	.12.	martis & mer.
Rigil	.14.	ſatur.& iouis
Audax	.22.	martis & mercurii
Lepus	.19.	ſatur.& mercu.
	Cancer	
¶ Canis maior	.5.	iouis & mar.
Canis minor	.16.	mercu.& mar.
	Leo	
¶ Nomina ſtellarum	gra.cū quo mediant celum	natura
Cor leonis	.22.	iouis & martis
	Virgo	

Cauda leonis	.19.	ue.& ſatur.
Caput corui	.27.	ſatur.& martis
	Libra	
Spica	.14.	ue.& mercu.
Boetes	.30.	iouis & martis
	Scorpius	
Corona ſeptentrionalis	.10.	ue.& mercu.
Libra	.7.	ſatur.& mercu.
Lupus	.23.	ſatur.& martis
	Sagittarius	
Cor ſcorpii	2.	martis
Serpentarius alias medicus.	.17.	ſatur.& ue.
	Capricornus	
Teſtudo	.4.	ue.& mercu.
Aquila	.19.	martis & iouis
	Aquarius	
Delphinus	.1.	ſaturni & martis.
Cauda galline	.4.	ue.& mercu.
	Piſces	
Equus ſecundus	.7.	martis & mercu.
Aquarius	.5.	ſatur.& mercu.

Nota ꝙ idē eſt modus oꝑandi cū hiis ſtellis fixis ſicut de plāetis dictū eſt nam poſito gra.lune ad horā inicii morbi acuti ſuꝑ linea meridiei ut ſupra Si tūc aliqua harū ſtellarum aliquem ex angulis.16.contangat. id ſignificat quod ipſe planeta cuius nature fuerit licet debilius ut plurimum.

De quibuſdam regulis practicāti phiſico neceſſariis ī horarum electionibus pro medicinis dandis oportuno tempore dato omniqȝ ſemota neceſſitate.

Et primo de laxatiuis eradicatiuis

.8. Dicit ptolomæus.19.ꝓpoſitiõe centilogii.Purgatorium ſi quis accepit luna cū ioue exiſtente:abbreuiabit̃ eius opus & effectus ipſius minuet̃. qđ hali ī comēto declarat:nā effectus medicīe nō ē corpi cōnat̃alis:īmo humores attrahit uires nat̃e ſuꝑando.cū igit̃ nat̃a uirtute medicīe fuerit fortior:ꝓhibebit ac dīnuet illius effectū.iupiter.n.nat̃ā cōfortat.& ī cōiūctōe ipſius cū lūa corroborat & auget fortitudinē effectū medicīe ꝓhibentem.

Aptiora ſigna in farmatia ſumenda ſunt aquatica :que ſunt.Cancer.ſcorpius & piſces.quorum melius ſignum eſt ſcorpius:deterius uero cancer.

Non eſt bonum purgatiōibus uti per ſeceſſum luna cum planeta retrogrado:aut īſignis ruminātibus exiſtēte.quoniā aut uomitū ꝓuocāt ac nau

ſeam aut notabiles leſiones corpori inferunt·precipue ſi ipſa ſigna rumi-
nantia ſuerint aſcendentia.aut luna aut planeta retrogradus fuerit in aſcé-
dente. albertus in ſpeculo.

¶In farmaciis dandis·non ſit luna coniuncta ſaturno.aut marti.corporali-
ter nec aliquo maliuolo aſpectu·ſaturnus enim nimium reſtringit.mars au
tem uſq; ſanguinem euacuat.albertus ubi ſupra.

Purgatoriũ accipere luna in ſcor.aut piſ. exiſtente domino ſimiliter aſcé
dentis coniuncto planete exiſtenti ſub terra· corporaliter aut per aſpectũ
benignum laudabile eſt.Si uero coniunctus fuerit.d.aſcendétis planete exi
ſtenti in medio celi·patietur nauſeam.ac medicina mouebitur·& in eo nõ
morabitur ptholomæus.zi.centilogii.

¶Egrotante membro quocunq; eradicetur materia peccans ab eodem lu
na exiſtente in ſigno illi membro deputato ſub terra cum tunc materia ip
ſa facilius educatur.

¶In omni euacuatione bona.ſit luna deficiens lumine & numero.In om-
ni egritudine oculorum curanda.ſit luna aucta lumine .& numero libera
ab infortunis & maxime a marte.

¶De medicinis confortatiuis ac alteratiuis.

9 ¶Cum fuerit intentio medici calefacere ſit luna in ſigno igneo . aut ſit
aſcendens ſignum igneum ·Si infrigidare cupit ſit luna in ſigno aquatico
aut ſaltem aſcendens ſignum aquaticũ.Et deſiccare ſi petis ſit ſig^m lune aut
aſcendens ſignum terreum.Si uero humectare deſideras ſit ſignum lune
aut aſcendens ſignum aereum.

¶In augumétatione membri.aut cõfortatiõe uirtutis ſit luna aucta lumíe
& numero·Et dicitur aucta lumíe quando recedit a ſole.diminuta dicit̃ cũ
applicat ſoli.Aucta numero dicit̃ luna·cũ fuerit ĩ parte oriétali ſui epicicli
diminuta uero dicitur numero.dum fuerit in parte ſui epicicli occidétali.

¶De uomitu prouocando.

10 In omni uomitu laudabili prouocando aut gargariſmate ſternutato
rio.aut etiam enematibus adminiſtrandis.ſit luna in aliquo ſigno ruminan
te.aut ſaltem aſcendens ſit ex ſignis ruminãtibus aut·d·eius in illis. aut etiã
ſit luna planete retrogrado coniuncta.

¶De fleubotomia electa ac inſciſionibus faciendis.

11 ¶Dicit ptolomæus.56.ꝑpoſitione cétiloquii·humiditates corpum in
prima quarta lunatiõis creſcũt.in zª decreſcunt.in 3ª quarta accedũt.in 4ª
recedũt·q̃propter omnis electa fleubotomia fieri debet ſecundũ ꝓportio
né q̃ttuor etatũ hoĩum atq; lunatiõis ut iuueni ſit fleubotamia in q̃rta pri-
ma.adoleſcéti in 4ª.zª.quadragenario in 4ª.3ª.Et ſeni ſi oportunum fue-
rit in.4ª.4ª.In omni cõiunctiõe oppoſitione aut 4º aſpectu lune cũ mar-

te minutio ſanguinis eſt uerenda·aut enim truncabit̃ uena aut ſnpfluus fit
ſan.exitus. Applicatio tamen ipſius lune ad trinū. aut ſextilē aſpectū mar
tis laudabilis eſt.Dicit ptho.ꝓpoſitiōe zoª·centiloquii. Tangere mēbrū
ferro.& luna ī ſigno eidē mēbro deputato exiſtēte·uerendū eſt·quoniā lu/
na humiditatum mater auget illā in mēbro illo ī cuius ſigno fuerit. tāgere
qdē membrū ferro eſt illud uulnerare.& addere uulneri humiditatē: mul
tiplicat nocumentū·& hoc pluries eſt exptū. Nam albertus ī ſpeculo capi
tulo de electiōibus dicit ex hoc īfinita incōueniētia ſe uidiſſe illis q ſimili/
bus nō attēdūt.Narrat enim de quodā patiēte fiſtulā quādā circa caput lō
gaonis quā cum chirugicus.ignarus incideret.& luna ī ſcor.exiſtente illas
ptes aſpiciēte abſq3 uene inciſione inuētus eſt mortuus eadē hora . Et ego
quidē temporibus meis multos uidi fieri errores.Inter ceteros inciſus fuit
quidam calculoſus circa uerenda luna exiſtente in ſcorp.& mortuus eſt ea
dem die. Alter qui fleubotomatus fuit de cephalica ī brachio dextro dolo
ris capitis occaſione per quendam nihil ad hec aduertentē & luna īgemīs
marti applicante per oppoſitū in aſcēdente qui abſq3 cibo potu & loquela
mortuus eſt quaſi ſubito.Et alter uulneratus eſt in coxa & luna ī ſagittario
in 4° aſpectu ſaturni mortuus eſt die 3ª.Et alios errores irremediabiles a
plurimis fidedignis intellexi que cā breuitatis relinquo.

¶Non tamē penſet quis celeſtiū uiriū effectus ineuitabiliter in noſtris cor
poribus produci:tamq̄ a cauſis imediatis: quibus poſitis neceſſario ſeqtur
effectus.ſed illas primas ſcias eſſe cauſas mouentes ac diſponentes cauſas
ſecūdas ad ſuos effectus producendos ſubordinatim ab illis dependentes
quibuſq3 cōpetētibus remediis reſiſtere poſſumus.dum aliquod futuꝝ no
ciuū ex illis iā ante a preſcimus ut dum illoꝝ influxus de neceſſitate nature
ac diuina diſpoſitione ad noſtra radiauerit corpora.materiā nō repiat ap/
tam nec diſpoſitam.Nec de ſingulis tam fiendis q̄ euitandis.in particulari
bus canonibus oīa ſic exprimi poſſunt quin ſane & ſub uniuerſaliū regula
rum ſnīa ſint concipiēda.Nā ut narrat gordonius ī libro ſuo de fleubotōia
capitulo·14·in fine.in ſeipſo quadā uice fleubotomiā feciſſe luna in gemīs
exiſtente nec umq̄ melius ſibi accidiſſe. Admittimus qdem ac poſſibilem
rē dicit.potuit enim tūc domīus aſcēdē.aut mercurius aut aliqs alioꝝ pla/
netaꝝ trino aſpectu lunā aſpicere aut ipm dominū aſcendentis aut fortaſ
ſis erat luna ī cadēte domo ī qua uirtus enim diminuit̃·unde damnū īpedi
endo euitauit.Quapropter nō ſufficit ſimpliciter dicere luna exiſtēte ī ta
li aut tali ſigno bn̄ aut male accidet ſed oīū alioꝝ plāetaꝝ loca ī dōibus ac
corūde aſpectus.ignorat̃ n̄ dēmus:nec de raro cōtīgētibus fiēda lex pcipit̃·

¶Tēpus quo ſignū aliquod aut gra.quicūq3 in quacūq3 re/
gione uolueris incipit aſcendere ſcire inueſtigare.

12 ¶Pone ſignū ītentū aut quēcunq; uis gradum eius ſuper orizonte orientali cuiuſuis regionis.demum ſcito uero loco ſolis illius diei qua ſcire deſideras pone oſtēſorem ſup gra.ſolis in zodyaco mobili notatū.& locus īterſectionis ipſius in circulo horarū ac minutoꝝ eſt tp̄s aſcēſionis illius ſigni aut gra.intenti ī regione illa.p hūc enim modum ſcies medicine potionis aut alterius medicaminis applicandi tempus electum.

¶Gradum aſcendentem in quācunq; regione ad omneq; tempus intentum inueſtigare.

13 Pone oſtēſorem ſuper.hora.ac minuto intentis in limbo deſcriptis.ad quē oñſorē pone gra.ſolis ī zodyaco mobili reptū. Et ſignum ac gra.eius tangēs orizonte oriētalē.cuiuſuis regiōis eſt aſcendēs ad illud tp̄s in illa regiōe.Et per hūc modū faciliter ī hoc inſtrō cognoſcis gra.aſcen. nō in una regiōe tātū.imo p totū orbē ī oībus regiōibus ſimul & ſemel. quoniam qlibet gra.cōtangēs aliquē ex orizontibus.ē aſcē.illius regiōis ad eandē horā.

¶Inquanto tempore in qua uis regione quodlibet ſignū aſcendit inueſtigare.

14 Pone initiū ſigni intenti ſuper cuiuſuis regionis orizonte & nota gra. medii celi q uidelicet tangit lineā meridiei.Et poſito ſine ipſius ſigni ſup eodem orizonte conſidera dictū gradū medii celi notatū.ſup quē pone oñſorem & hore ac minuta ab ipſo oſtēſore ī circulo horaꝝ contacta ſunt tp̄us quo totum aſcendit ſignum ſuper terra eiuſdem regionis.

¶Tempus ortus occaſuſq; ſolis in qua uis regione ad quēcunq; diem placuerit inueſtigare.

15 Pone gra.ſolis illius diei ītēti ſup orizōte regiōis oriētali ſup quo gra.ſolis pone oſtēſorē q ī circulo libi oſtēdet tibi horā ortus ſolis ī illa regione. Similiter ſup orizōte occidētali eiuſdē regiōis eodē gra.ſolis poſito ſuper quo ſituet idē oñſor.& ī horaꝝ equaliū circulo oſtēdet horā occaſus ſolis.

¶De horis inequalibus diuidendis.

16 Arcus diurnus diei ac regiōis ītēte ſupius īueſtigatus ī.12.ptes diuidat̄ equales p gra.limbi q ſunt gra.eqnoctialis ab oriēte īchoādo.& ī occidēte terminando arcus ſimiliter eiuſdē diei nocturnus ī alias dīdat̄.12.ptes eq̄les & ſunt ptes.24.qlibet.n.ptiū dicit̄ hora eq̄lis.ita q; pria pars ab oriēte inchoādo dicit̄ eē hora pria eiuſdē diei noīe appellata 2ª dicit̄ alterius planete ſeqntis uiz noīata.3ª noīe tercii plāete ī ordīe.& 4ª.noīe q̄rti & ſic de aliis ſecūdū plāetaꝝ ordinē ac eiuſdē ordīs reiteratōnē uſq;.24..Ita uiz q; ſi dies intēta fuerit dies mercurii.prima dictarum horaꝝ inequalium.dicit̄ hora mercurii.2ª hora lune.3ª hora ſaturni.4ª iouis .5ª martis.6ª ſolis.7ª.

ueneris.8ª iterum mercurii.9ª lune.10.ſaturni.11ª Iouis.12ª.maris.13ª ſolis q̃
dicit̃ prima noctis.14ª ue.15ª mercurii & ſic deinceps uſq;.24.Et ſecūdū di
uerſitatem regionum differentia erit iſtarum horarum magna & notabi-
lis.Cuius diuerſitatis q̃titatem experientia te docebit.

❡Horā inequalem ignotā per equalē & notā inueſtigare.

17 Prīo diuiſo arcu diurno ſimiliter & nocturno quelibet ipoꝝ.12.ptes
eq̄les mō ſupradcō īter gra.eqnoctialis.pone gra.ſolis una cū oſtēſore ſup
quacūq; uolueris hora equali ī limbo ſignata & q̃cumq; enim ptiū ſupradi
ctoꝝ.24.interſecauerit.nota.ipſa enim eſt illius planete hora ſup quam in
ordine ceciderit:ab oriente computando ab ipſo planeta.cuius eſt dies in-
choādo donec perueniatur ab partē ab oſtēſore cōtactā modo iam .dicto.

❡De humorum motibus ex motu diurno.

18 Et ſcito ꝙ q̃ttuor hnmoribus nr̄i copis die q̄libet accidit motus ſecūdū
curſum ſolis diurnū ī dcīs ho.īeq̄libus.Ita ꝙ tribus ho.añ ortū ſolis. & aliis
tribus poſt ortū ſolis dn̄at̃ ſan. ſeqntibus.6.ho.īeq̄libus dn̄at̃ colera deīnū
aliis.6.ho.ī ordīe dn̄at̃ humor melēcolicus.ī ultīs.6.ho.īequalibus flegma
uiget.unde uerſus. A nona noctis.donec ſit 3ª lucis.Eſt dominus ſanguis.6.
in ſequentibus horis.Eſt uigor in colera donec ſit.9.diei.poſt niger humor
adeſt donec ſit 3ª noctis.poſtea flegma uiget donec ſit 9ª.quietis.

❡Quomodo eſt dictis ho.inequalibus ſeptem dieꝝ ebdo made ꝓuenit ordo & nō ab ipſis planetis ſeptem in ſitu.

19 Conſtat ex ueterū demōſtrationibus ſaturnū ſupremū eſſe planetam
in ſitu.poſt quē iupiter mars.ſol.uenus.mercurius ultīoq; luna in ordīe ſe
quunt̃.hūc āt ordinē.7.dies ebdoᵉ ad īſtar.7.plāetaꝝ nūcupate nō ſortiun-
tur.ſed qa prīa ho.diei ab ortu ſolis īchoans illius ē planete cuius eſt dies.2ª
uero plāete ſeqn.tertia plāete tercii & ſic cōſeqnter.doᵉ finitis ho.24.alter
īcipit dies ab ortu ſolis 2º q̄ nomē a plāeta.25ᵉ ho.q̃ nūc prīa ē alterius diei
adipiſcit̃ ſicquoq; dies ab hora & hora a die nomē ſuſcipit.q̄lis ē igit̃ ho.25.
ī ho.īequalibus talis eſt ipa dies ſequēs ī ordine uerbigr̄a.hodie dies eſt do
minica q̃ & ſolis dicit̃ prīa igit̃ hora īeq̄lis eſt ſolis.2ª ue.3ª mercurii .4ª lūe
5ª ſaturni.6ª iouis.7ª martis.8ª iterū ſolis.9.ue.& ſic ordinatī uſq;.24 q̃ eſt
ultima & eſt mercurii ergo 25.que eſt prima diei ſequētis.eſt hora lūe qua
re & dies lune appellatur.& ſic intellige de aliis.

❡Verum aſcendens ad tēpus coniunctionis oppoſitionis aut aſpectus luminariū aut alioꝝ quorūcunq; planetarū inter ſe ad quamcunq; uis regionem inueſtigare.

20 ❡Prīo poſito oſtēſore ſup hora ac minutis cōiunctiōis aut oppoſitiōis
in circulo horarum in limbo inuentis uolue zodiacū mobilē donec ad ip-

ſum oſtẽſorẽ ꝓuenerit dies cõiũctionis aut oppoſitiõis aut aſpectus in mẽ
ſibus ꝑui circuli reptus.hoc facto ſcias ꝙ gradus zodyaci contingens orizõ
tem orientalẽ tue regio nis eſt uer us gradus aſcẽdẽs ad tp̃s ꝓpoſitũ.nec ĩ
iſtis eſt oportunũ per gradũ ſolis operari ſicut ſuperius eſt dictũ ĩ canone
gradus aſcendentis indagationis.cuius ratio in ſequenti cañ.detegetur.

Equatio dierum unde ortum habeat. Et quando debet addi uere meridiei quando uero non.


21 Apud tam ueteres q̃ modernos ardua qõ ſepius euentilata co mperit̃
quare dies naturales inter ſe differentiã habent in augmẽti aut de cremẽti
exceſſu.Ipſa ſimiliter equatio dieꝝ.qd ſit.& cur uulgari meridiei quãdoq̃
addit̃ qñq̃ uero nõ.ꝓ cuius reſpõſiõis declaratiõe.Notãdũ eſt ꝙ duplex re
pit̃ dies naturalis.Vnius dicit̃ medius ad ĩſtar medii motus ſolis ĩ quo.uni
formis & equalis cõpit̃ motus ſup polis mũdi ſemp.Et eſt tẽpus quo ſol re
uoluit̃ in eqnoctiali a meridie in meridiẽ cũ tãta portõe ipſius eqnoctialis.
q̃ta mouet̃ interim ſol cõtra firmamentũ medio ſuo motu in zodyaco.nã
ſicut hec poritio in zodyaco ſemp eſt equalis.Ita & ĩ eqnoctiali ſemp cõpi
tur uniformis.Et eſt hec reuolutio.360.graduũ.59.minutoꝝ &.8.ſecũdo
rũ ſingulis diebus equalibus ſup polis mundi in circulo recto.Et p hũc diẽ
naturalẽ mediũ & equalẽ calculant̃ medii motus ſolis & oĩum planetaꝝ q
ſemp ſunt equales.hoc itaq̃ ſic fieri debet ut equalitas tpis ſemp equalitati
motus correſpõdeat & ecõuerſo.Alter dies naturalis dicit̃ uerus.& eſt
tp̃s quo corpus ſolare recedẽs a linea uere meridiei.ad eãdẽq̃ reuertit̃.hoc
ãt tp̃s eſt ĩ equale.& licet hec dies ſemp ſit minor die medio una tñ dies na
turalis uera alteri diei uere nõ ẽ equalis.duplici de cã.una ꝓpter eccẽtricita
tẽ ſolis.rõe cuius nũc citius.nũcq̃ tardius mouet̃.Altera pp aſcenſionum ſi
gnoꝝ ĩeq̃litatẽ.nã ſignũ ꝓpiqus ſolſtitii pũcto maiorẽ ex gradibus eqno
ctialis hꝫ aſcẽſionẽ q̃ ſignũ ab eo remotũ.ex hiis igit̃ duabus occaſiõibꝫ cã pꝫ
mãifeſta dr̃ie exceſſus augmẽti & decremẽti unius diei naturalis uere ab al
tera uera.Cõtingit ẽt rõe augis ſolis.ac ecẽtricitatis eius nr̃is tpibus exñte
ſole circa.21.aut.22.gra.aquarii diẽ na turalẽ uerã equalẽ eſſe diei naturali
medie cũ utraq̃ ipſarũ reuolutio ſit.360.gra.59.mi.&.8.ſecũdoꝝ recedẽte
qdẽ ſole ab hiis locis mĩorat̃ dies naturalis uerus aliquãdo plus aliquando
qdẽ minus.hec ãt dr̃ia diei uere a die media ſemper equali dicitur equatio
dierũ & has diminutiones aſcenſionũ ſignorũ oĩum ac gra.cõtingentes a
tpe quo ſol fuit in.18.gra.aquarii doc anno perfecto ſimul cum aliis diminũ
tionibus ꝓuenientibus ex ecẽtricitate ſolis.collexit arzarchel tpe ſuo quas
ſeriatim collocauit in tabula aſcenſionũ ſignoꝝ ĩ orizõte recto ut cũ eis di
es naturales uere ac ineq̃les reducerent̃ ad equales dies cũ igit̃ oẽs motus
planetaꝝ cõiũctiões oppoſitiões & aſpectus equant̃ ad meridiẽ.nõ debes
ĩtelligere ad meridiẽ uerã quãdo uiꝫ ſol pcĩſe eſt ĩ liea meridiana.imo poſt

meridiẽ tantũ q̃tum equatio illius diei correſpõdet de tẽpore uidelicet ꝓ quolibet gra.quattuor mĩuta hoᵉ &c.que oportebit addere uere meridiei ſecundũ canonẽ illius tabule qua opatione ĩ hoc libro noſtro nõ idigemus quia dies menſiũ ſupradicti pui circuli cõtinent in ſe dcãs equatiões dierũ. Quapropter dũ aſcendẽs ſcire uoluerimus alicuius cõiũctiõis aut oppõnis ſiue aſpectus.debemus ponere diẽ cõiunctõis in ipſo puo circulo reptũ.ſup hoª.ac minuto eiuſdẽ cõiunctõis ĩ limbo reptis.& gra. cõtangens orizõtẽ orientalẽ dicitur aſcẽdens illius coniunctõis.Cũ autẽ ſcire cupis aſcendens initii morbi noto tpe aut hoᵉ elcõnis medicĩe ſumende .aut aſcen . alicuius interrogat. ac hmõi non addimus illam equationem dierum nec eadem egemus.ſed tunc per gradũ ſolis eſt operandũ ut dictũ eſt in cañ.ſupraſcri pto.incipiente pone oſtenſorem ſuper hora ac minutis intentis &c.

Cuſpides duodecim domorum celi ac figurã diſpoſitiõis eius ad omnẽ tẽpus q̃cũq; ue regionẽ placuerit Erigere.


zz Prĩo ſcito gradu aſcẽdente ad tp̃s intentũ per cañ.ſupraſcriptũ & ip ſo poſito ſuper orizonte orientali.pone ſuper ipſum aſcendens oſtẽſorem pᵉ domus ptẽ uidelicet ex cẽtro mũdi ꝓgredientẽ & ipſo ĩmobili ſic manẽ te gradus limbi exiſtens inter lineã meridiei & dictũ oſtẽſorẽ . in tres ptes diuide equales.ſup pria pte a meridie inchoãdo pone oſtẽſorẽ.iiᵉ.domus. & ſup zª parte pone oſtẽſorẽ.iz.domus oĩbus fixe manẽtibus.prĩo cõſide ra gra.zodyaci tãgẽtẽ lineã meridiei.& eſt initiũ.ioᵉ.domus.gra.tãgẽs oſtẽ ſorẽ.ii.eſt initiũ.iiᵉ .domus.gradus uero quẽ cõtangit oſtenſor.iz.eſt initiũ izᵉ domus.demũ ſcito ꝙ ipſe gradus aſcendens.eſt initiũ prĩe domus. gra. uero ĩterſectionis oſtẽſoris.z.eſt initiũ zᵉ domus.Et gra.quẽ ĩterſecat oſtẽ ſor.3.eſt initiũ.3ᵉ.domus. Et hẽs nunc.6.domos celi erectas.ceteras autem ſex ſcies per gra.oppoſitos Ita uidelicet ꝙ gra.ioᵉ domus opponitur gra. 4ᵉ domus.& gra.iiᵉ opõitur gra.5ᵉ & gra.iz opponitur gra.6ᵉ.gradui ue ro prime opponitur gradus .7ᵉ .gradui uero zᵉ domus opponitur gra.8ᵉ domus.Et gra .3.opponit̃ gra.9ᵉ.domus.ſicq; habes cuſpides .iz. domorũ erectas ad ho.regionemq; intentas.hoc facto quemlibet planetarum cum capite ac cauda draconis in domo ſua collocare debes in illa uidelicet in qua gra.ueri ſui loci reperies.ſicq; facies de gradu partis fortune ac aliarũ partiũ:quas partes reperire te docent.alchibicius:Guido:bonatus Io.de ſa xonia ceteriq; doctores q̃ plures ſatis late materiam hanc tractantes.Hic aduertendum ſcias ꝙ ſic oſtenſor.iie domus ſemper diſtare debet ab oſtẽ ſore.domus.3ᵉ.izo.gradibus de gra.limbi.Ita & iter.iz.&.z.oſtẽſores ſem per diſtantia debet eſſe gra.6o. de eiſdem gra.limbi.quapropter ſi extrin ſeca quadam occaſione fortaſſis uiolenter dictos contingeret oſtenſores ultra debitã eorũ diſtantiã ſegregari tua intereſt illos per dictos gra.limbi ad congruum ſtatum reducere.priuſq̃ ad.iz.domorum erectionũ accedas

C Canonis ſupradicti iudicialis figure erectiōis declaratio p Exēplū. Propōito tpe uidelicet cōiūctiōis lūiariū imediate pcedētis itroitū ſolis in ariete pſētis āni natiuitatis dñi.1494.currētis.qđ ē.marcii die.7ª.hoª.zª tamē.19.poſt meridiē diebus nō eqtis ad ciuitatē Carpeñ.aut auinoneñ.cū eiuſdem ſint lōgitudīs.uidelicet gra.44.mō quo ſeqt Ad idē tps.figurā diſpoſitiōis celi erigere uolo.Prīo pōito oſtenſore ſup ho.zª. ac mi.19.poſt meridiē in limbo reptis ad eūdē oſtenſorē pono diē.7ᵐ marcii in puo circulo eqtiōis dieꝝ iuentū.ex quo cōſtat gra.leōis.16.huius regiōis orizōtē oriētalē cōtāgere q dicit gra.aſcēns.ſup quē gra.aſcēntē pono oſtēſorē pᶜ domus & gra.iter lineā meridianā & hūc oſtenſorē exiſtētes ī gradibus libi ſūt.105.quos in.3.ptes diuido eqles.ſup pª.3ª.pte que ē.35.gra.pono oſtenſorē.11.ſup zª 3ª uidelicet.70.pono oſtenſorē.1z.& ſic cōſequēter in oībus dictū canonē ſequendo figura reſultat diſpoſitionis celi ut ſequitur.



Simili mõ eadẽqꝫ uia ad tp̃s ĩtroitus ſolis in arietẽ eiuſdẽ ãni.1494. currit martii die.10.hora.19.mi.& poſt meridiẽ di.nõ equatis diſpoſitiõis celi ta-lis ut ſequitur erigitur figura.exempli gratia ad eãdẽ regionẽ ut ſupra.

Figura diſpoſitionis celi.introitus ſolis in arietem.



Ex iam dictis clare patefecit q̄ oĩum motuũ tã equaliũ q̃ inequaliũ ex ipſis deſcendẽtiũ aſcẽdẽs p dictũ puum circulũ equatiõis dierꝫ indagari oportet ut ſunt aſcẽdẽs cõiũctiõis tã corporalis q̃ aſpectualis tã luminariũ q̃ aliorũ planetarꝫ aut ĩtroitus cuiuſcũqꝫ ſyderis in quẽ uis locũ zodiaci mõ iam dicto.aſcẽdẽs quidẽ oĩum aliorꝫ ex dictis motibus equalibus nõ puenĩetiũ p gradũ ſolis inueſtigari debet ut ſunt.electionũ ĩterrogationũqꝫ ortus rerũ ac initii morborꝫ tpa ex dictorꝫ motuum tpe non dependentia.

Nunc aũt cũ.7.planetarꝫ ceterorũqꝫ ſyderum tã mediorꝫ q̃ uerorum motuum cuſpidũqꝫ.12.domorũ equationum ubiqꝫ terrarum ad omneqꝫ tp̃s ullo ſine calculationis labore uerã notitiam concepiſti.Et domus antea clau-

ſe nunc qdé apte clarus tibi patet ingreſſus quā recte ſi introieris ueterūqȝ ſane in ruminaueris documenta infinitū in eis occultatū ſcie theſaurū iuenire ualebis.cōtingit tamē in arduis & altis ſublimatū itellectū uaneglorie temeritati iuncte cupiditatis cā & hoſtis antiq nunq̄ tēptare ceſſantis ſuaſione ſepius ad infima demergi.unde & hāc ꝓnoſticādi ſciām qdam nimiū extollunt alii uero ſatis indiſcrete deprimūt.Quorum utriuſqȝ erroris cauſa ipſa uidet̃ animi infirmitas quapropter in qbus hiis īferioribus qualiter qȝ ac in quibus nihil influūt dicta celeſtia corpora conueniens ac oportunū eſt tam rationibus q̄ auctoritatibus declarare.

Super quibus celeſtia corpora in hiis influunt inferioribus in quibuſqȝ non.

23. Pro cuius queſtiōis reſpōſiōe aliq ponent̃ hic ꝓpoſitiōes ī hac parte magis neceſſarie cum ꝓbationibus earundem ſufficientibus intelligenti.

Propoſitio prima.

Licet ordīe ſtāte nature.diuinaqȝ uirtute neceſſe ſit celeſtia corᵃ in hiis corpibus inferioribus īfluere.hoꝝ tamē īferioꝝ effectus nō de neceſſitate eorūdē ſequunt̃ īfluxus. Prima pars patet.nā primū in unoquoqȝ genere ē cā eoꝝ que ſunt poſt ſecūdo methaphiſice.cū igit̃ oīum motuū primus ſit motus celi octauo phiſicoꝝ neceſſariū ē hec īferiora ſuis ī motibus alterationibuſqȝ a celeſtibus motibus dirigi & ordinari.ꝑterea. nullū agens naturale ſuū ꝓducit effectū niſi aut in uirtute ſpecifica a deo & ceſtibus ſic dotata aut in uirtute primaꝝ qualitatū in elemētis inuentaꝝ. ipſa nāqȝ elemēta ꝑ ſuas uirtutes actiuas & paſſiuas nō ſunt agētia ſufficientia ad hoꝝ īfimorum generationē abſqȝ agēte principali quod eſt celū ab intelligētia motū 2º.de generatiōe.unde & horū inferiorū motus & alterationes reducunt̃ in motū celi tanq̄ in cauſam primā in genere phiſico.Eſt enim ſolis motus cū ceteris ſyderibus ſub obliquo circulo cā cōtinuationis hoꝝ īfimoꝝ generatiōis & corruptiōis.motus uero primi mobilis eſt cā ꝑmanētie habet etiā & quodlibet uiuēs certā ꝑyodū ſue duratiōis ex ꝑte celeſtis corpis licet ex ꝑte ſpeciei diuerſe pōt ī quolibet īdiuiduo & abbreuiari & elōgari ut dicit.p.ibidē ꝑterea.dicit.p.prio metheoꝝ neceſſe ē hūc mūdū īferiorē lationibus ſupioribus eē cōtiguū ut tota uirtus eius gubernet̃ īde.uirtutem dico agētis naturalis de potētia materie ꝓductā q̄ a ſupiori uirtute depēdētiā habet.nā ut dicit.S.Tho.ī tertio ſūme cōtra gentiles.ca.70.uirtus infimi agētis nō ex ſe ſuū ꝓducit effectū ſed ex uirtute ſupioris proximi & uirtus illius a uirtute ſupiori & ſic cōſequēter uſqȝ ad primam uirtutem ſiue cauſam que eſt celi in genere phiſico.demū uirtus celi ab intelligētiis horum autē omnium uirtus ab ipſo creatore deſcēdit omnium cauſa ſimpliciter prima

ſicq; nullius eſt uirtutis actio niſi in uirtute diuina.oı̄um enim effectuũ cām
tā mediatā q̄ ı̄mediatā ipſam uirtutē diuinā eſſe dicimus mediatā dico cām
quoniā mediātibus cāis ſecūdis diuine ꝓuidētie fit executio.eſt etiā ı̄media
ta cā cuiuſlibet effectus cū nullū agēs agit niſi in uirtute primi agētis.Nam
ſicut infimū agens in effectus ꝓductione ı̄mediatū expitur actiuū ita primi
agentis uirtus ad eūdē ꝓducendū effectum immediata comperit̄ cauſa.

Secūda ps ꝓpoſitionis patet.nā q̄ quodlibet corpus ı̄preſſionē celeſtis
corporis nō recipit de neceſſitate hoc ex ineptitudine ipſius materie ꝓue
nit que & ſi diſpoſita fuerit ı̄pediri poteri ac inepta reddi.Eſt enı̄ hec mate
ria uariabilis & fluxibilis ſemp nunq̄ in eodē ſtatu permanens.
Nam ut dicit.d.s.in tertio cōtra gentiles.A cā remota nō ſeqtur effectus de
neceſſitate abſq; cā ꝓxima. ꝓxime aūt cauſe hoꝝ inferiorū effectuum ſunt
uirtutes elemētoꝝ actiue & paſſiue que cū ſint cauſe cōtingentes ab ı̄telle-
ctuali ſubſtantia ı̄pediri poſſunt.unde celeſtes influxus recipiunt̄ ad modū
recipientis & q̄a cuiuſlibet ſuſceptibile nō eſt diſpoſitionis cuiuſlibet rece-
ptiuū ſecūdū auic.in de uiribus cordis q̄obrē unius & eiuſdē cōſtellationis
influxus etiā numero ab unius ſpeciei diuerſis indiuiduis cōtingit poſſe nō
equo calle recipi ꝓpter diuerſaꝝ materierū diuerſam diſpoſitionē.hinc ē
q̄ dicit ptholomeus.17.ꝓpoſitione cētiloquii. Rimare naturā rei & origi-
nē ſubiecti uitā quoq; actus & paſſiōes ipſius anteq̄ ꝓponas iudiciū de illo.
Etiā io.damaſc.libro ſecūdo ſnīaꝝ.Corpora celeſtia nō ſūt ı̄mediata gene-
rationis ac corruptiōis cā quare nō de neceſſitate ex illis effectus ꝓueniūt
Idē ptholomeus primo quadripti capitulo.3.dicit.Rurſus nō eſt eſtiman-
dū q̄ ſupiora ſup ſua ſignificata ꝓcedāt ı̄euitabiliter uelut ea que a diſpoſiti
one diuina cōtingūt ſine medio & que nullatenus ſunt euitanda necnō que
ueraciter & ex neceſſitate ꝓueniūt.& iteꝝ prima ꝓpoſitione cētiloqi.iudi
cia que tibi trado ſunt ı̄ter neceſſariū & cōtingēs poſſibile.item aſtrologus
nō debet dicere rē ſpāliter ſed uniuerſaliter. & idē ı̄ ſapiētiis almageſti.uir
ſapiēs dominabit̄ aſtris.unde clarū ac manifeſtū eſt q̄ horū inferiorū effe-
ctus nō de neceſſitate aſtrorum ſequuntur influxus.

Secundo propoſitio.

Etſi corpa celeſtia nihil ı̄primūt in ı̄tellectu nr̄o directe & p ſe aliqd ta-
mē ad nr̄am ı̄telligētiā opāt̄ ı̄directe ac diſpoſitiue.prīa ps pateſcit nā clarū
eſt q̄ celeſtia corpora nō agūt niſi in corporalia ı̄tellectus aūt nr̄ eſt ı̄mate
rialis & ı̄paſſibilis.tertio de aīa q̄re nihil agūt ı̄ nr̄o ı̄tellectu.ſcd̄a ps pȝ quo
niā licet ı̄tellectus de ſe nō ſit uirtus corpea eius tn̄ opō cōpleri nō pōt abſq;
uirtutū corpeaꝝ opatiōe q̄ ſūt uis ymaginatīa ac mēoratīa.nihil enı̄ apphē
dit ı̄tellectus qd̄ prius nō fuerit ı̄ ſēſu.uirtutes enı̄ ſenſitiue ſūt corpee & or-
gani ſate q̄bus ı̄peditis ı̄peditur intellectus opatio.ut patet in litargicis fre-

neticis maniacis & melécolicis quoꝗ infinite ſunt ſpecies ſecundum io.de tornamira ſicq̈ contingit opationé intellectus multis modis īpediri poſſe. unde & bonitas diſpoſitionis corporis humani facit ipſum aptum ad bene intelligendum:inquantum ex hoc predicte uires fortiores exiſtunt. huiuſmodi autem diſpoſitiones ad celeſtes influxus tanq̄ in cauſas primas reducuntur.unde auguſ.quinto de ciuitate dei.Non uſq̈quaq̈ abſurde dici poteſt ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdā ualere ſydereos. Et io. damaſc.ſuper ſecundo ſententiarum alii & alii planete diuerſas complexiones habitus & diſpoſitiones in nobis conſtituunt. Similiter & ſcotus ſup eodem ſecundo ſententiarum.14.di.q.tertia inquit. Ethereus ille globus q celum appellatur.omnia elementa ex ipſiſq̈ corpora commixta certa lege gubernat.unde & humani corporis machinam omniumq̈ ſenſuum organa nunc temperiei propinqua.nunc uero remotiora reddit. Senſus autem operationem ex organi imperfectione impediri certum eſt. Intellectuſquoq̈ ſenſus debito carens amminiculo actus ſui ordiné attingere minime poteſt.quod freneticorum maniacorumq̈ errores clariſſime oſtendunt.quorum corrupta ymaginatio ſenſus deſiderium alterans uoluntaté allicit.ad uariarumq̈ rerum proſecutionem ipſam inclinás.Cum itaq̈ uiatoris uoluntas ſenſus deſiderio plerumq̈ obſequi ſtudeat. ipſumq̈ deſiderium aſtrorum moderamini ſubiici concedamus. Haud abſurde uoluntatem ſyderum influxu inclinari dixerimus.nequaquam tamen eam cogi:qn contrarium liberrime eligere poſſit. unde ꝙ aſtrologorum de hominum moribus:plerumq̈ uera ſunt iudicia deſiderii efficit uioletia. Quod a moyſe geñ.octauo accepimus dum cogitationes inquit hominum ad malum prone ſunt & pūerſe difficulter corriguntur.Et albertus magnus in ſpeculo ſic ayt.Natus non iudicatur caſtus aut inceſtus iracundus aut patiens niſi ſecundum aptitudinem uel ineptitudiné nihilominus eligere poteſt hoc uel illud ſed ex operatione celi eſt ꝙ ad eligendum illud ad quod aptus eſt citius īclinatur. Indirecte igitur ac diſpoſitiue aliquid agunt ad bonitatem noſtre intelligentie.quamobrem ſicut medicus iudicare poteſt de bonitate intellectus ex corporis diſpoſitione tanq̄ ex cauſis ſecundis & proximis. ita & aſtrologus ex celeſtibus motibus tanq̄ ex cauſis primis & remotis diſponentibus cauſas ſecundas ad inducēdū talé aut talé corp̄is diſpoſitiōem &c.Et p hūc modū ut dicit.S.Tho.in.3° ſūe cōtra gētiles capi. octuageſimo q̄rto pōt uerificari dictū ptholomei.38ª.cētiloqi.Cū fuerit mercurius ī natiuitate alicuius in aliq̄ domoꝝ ſaturni & ip̄e mercurius fortis ī eé ſuo. dat bonitaté ītelligētie medullitus ī rebus radicalibus ac pricipiis artiū & ſi fuerit ī duobꝫ ſignis mar.dabit ei fortitudiné & acuitaté pſidie aut bōitaté ſub

ite eloquentie &c.Hic eſt aduertendum quandocunq; in aſtrologia ſimile
inuenis dictum uidelicet q talis aut talis planeta dat hoc aut illud intelligē
dum eſt ſecundum diſpoſitionem & non ſimpliciter. aliter enī eſſet intelle
ctus falſus.Vnde quidam hec ac ſimilia dicta in ſenſum concipiunt repro/
bum ſecundum neceſſitatem qui & a ueritate elongati & ſeipſos & ſcien/
tiam denigrant.permiſſum eſt enim chriſticolis ſecularibus ſcientiis erudi/
ri.ut ſi que nobis utilia dixerint ad uſum ſacre & pie eruditionis anime aut
corporis conuertamus q ſi minus reprobando ratiōibus deteſtemur·qua/
propter ihero.ſuper epiſtola pauli ad tytum &.37·di.capitulo qui de men/
ſa & uino &c.dicit quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos ſcribere
uelit imperitus matheſeos riſui pateat & aduerſus philozophos diſputat.
dogmata phōꝝ ſi ignorat diſcant ergo ea mente dogmata & doctrinam
chaldeorum qua & moyſes etiam omnem ſapientiam egyptiorum didice
rat.unde auguſtinus in de humana conſolatione. Si qua uera dixerint phī
tāq̄ ab iniuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum ſunt uendicāda.quapropter
& huius ſcientie grana colligemus relictis paleis uento.

Tertia. propoſitio.

Celeſtes motus noſtraꝝ uoluntatū ac electionū non ſunt cauſa ut dicit
.S.Tho.in.3·cōtra gētiles capitulo.85. quod patet nam uolūtas in parte in/
tellectiua eſt aīe tertio de aīa cū igiť nihil directe īprimunt in ītellectū nr̄m
ergo nec in uolūtate.p̄terea oīs electio actualiſq; uolūtas īmediate ex ītelle
ctuali apprehēſiōe cauſať cū nō pōt qs aliqd uelle nec eligere niſi prius ītel
ligat nec ītelligit niſi primo apprehēdat.bonū enī ītellectū eſt obiectū uo/
lūtatis tertio de aīa unde nō pōt ſeq puerſitas ī eligēdo niſi ītellectus iudim
deficiat in particulari intelligibili.& licet aliquā occaſionem preſtent cele
ſtia corpora ſup uoluntatibus & electionibus noſtris indirecte ac diſpoſi/
tiue inquantū īprimunt aliquid in uiribus ſenſitiuis ad quaꝝ īmutationem
reſultat in nobis quedā diſpoſitio corporalis qua mouemur & inclinamur
appetitu quodā ſenſitiuo ad hoc aut illud uolendū aut eligendū ipſa tamen
uoluntas ſemper remanet libera.cū tales motus inclinatiui per modū paſ/
ſionis cāti ſiue interiores ſiue exteriores fuerint nō ſint cauſa electiōis ne/
ceſſaria cū qs p ratiōnē illis libere reſiſtere pōt.Similes enī paſſiones dicū
tur primi motus qui nō ſunt in poteſtate nr̄a de qbus lex neminē pūit un/
de uulpianus cogitatiōis penam patiať nemo ut in.l.cogitatiōis.ff.de peīs.
Primis igitur illis motibus ex celeſtiū influxu p modū paſſionis aut ita ſi di
xerim intrinſice tētatiōis diuina pmiſſiōe nobis aduenietibus patiēter to
lerādo ex libero nr̄o arbitrio ſui gr̄a reſiſtere poſſumus cū aſtrū in nullo
nos cogit.fortiſſimis eī influentiis fortior eſt ipſa uoluntas.

unde greg.ĩ paſtorali.hũanũ eſt in corde tẽtationẽ ꝑpeti.demoniacũ uero intentationis certamine ſuperari.Et paulus ad corĩthios tentatio uos non apprehendat niſi humana.fidelis ãt deus eſt qui non patietur uos tẽtari ſupra id quod poteſtis:ſed faciet cũ tẽtatione etiam ꝓuentũ:ut poſſitis ſuſtinere.Et iteꝝ ad romanos ſeptimo.uideo aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis mee:& captiuantem me in lege pctĩ:que eſt in menbris meis.Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius:gratia dei ꝑ dominũ noſtrũ ieſum xp̄m.Igit̃ ego ip̄e mẽte ſeruio legi dei.carne aũt legi peccati.per mentẽ intelligo rationẽ.ꝑ carnẽ primos motus ſenſitiuos in uiribus noſtris ab aſtris impreſſos:quibus incitamur ad hoc: aut illud uolendum appetitu ſenſitiuo.ꝙ autem dico primos motus ab aſtris imprimi.ſane.non ſemper:ſed ut plurimum ĩtellige: quoniam aſtra in hiis inferioribus non agunt niſi fortuite quodam modo:inq̄tum eis ab alio ſic datum eſt:uidelicet ab ipſo creatore.conſtat aũt ipſum deũ quãdoq; preter aſtroꝝ flatũ ĩ noſtris corpibus opari:licet raro:forſã utpatet ĩ eſau & iacob uterinis ac etiam & in aliis ſimul & in eodẽ forſan loco poſſibili poſito natis quorum complexiones hitus atq; mores inter ſe diuerſificãtur hoc enĩ eſt auguſtini potiſſi^m^ argu^m^ contra poſſidoniũ.fauſtũ ep̄m .ceteroſq; manicheos.ac greg.cõtra preſilianiſtas hereticos:qui huius ſcientie ꝓnoſticationum^l^ limites:ac metham excedentes:dixerũt oĩa hec inferiora etiam & noſtrarum uoluntatum ac electionum actus ab aſtris ordine quodam fatali de neceſſitate ſubdi ac relegari.Vnde quidam caldeorũ ac babilonienſium reges cuiuſlibet hominis ſue regionis natiuitatẽ inſcribi iuſſerunt:& cuius diſpoſitionẽ cõtrariã ac tyrãni natiuitati aduerſantẽ ĩuenerũt morti tradiderunt.Et ad huc ꝑeiori ſpiritu ducti:ipſorũ quidam ignẽ colebant:uni iouem.alii ſolem.alii aliud ſydus tanq̄ deum adorabãt.quaꝓpter diuina pietas certos quãdoq; preter:& ultra ſyderum uires:& ordinem nature demõſtrat miraculoſos effectus ut ipſum ſolũ dominũ & nõ alium eſſe deum firmiter ſciamus.Huiuſce quidem ordinis quandam in hiis inferioribus uidemus ſimilitudinem.Eſt enim rex ſui regni uniuerſalis gubernator & rector principalis.qui per ſuos proprios:ac principaliores conſiliarios alios ordinat gubernatores capitaneos ſubcapitaneos ceteroſq; officiarios magnos & paruos q̃plures.quis igitur.quid in toto fiet regno ſcire cupit a primis conſiliariis ac maioribus notitiam habere,ſi ualeat ſciet: quoniam quidquid fiet:iam per conſiliarios deliberatum eſt fiendum & ita ut plurimum fiet.Expedit tamen aliquando & ipſum principem ſiue regem aliqua ſingularia preter conſiliariorum notitiam executioni mandare que cum a primis aſſiſtentibus conſiliariis non ſciuntur: neceſſe eſt ab omnibus aliis ignorari. ¶Sicquidem & in humanis non tantum actibus ſed

etiam diſpoſitionibus percipere potes.ſed hec raro. illa quidem utplurimū accidere comperimus.Et iterum perpauci ſuis reſiſtunt inclinationibus licet bene poſſunt.quoniam ſtultorum īfinitus eſt numerus.Solus enim ſapiens.i.iuſtus dominabitur aſtris.

¶ Qualiter quis fortunatus aut diſſortunatus dici poteſt ex ſuperioribus cauſis.

24 ¶ Experientiis q̄plurimis manifeſtum comperimus homini bonum aliquod aut malum quandoq; preter intentionem propriam cōtingere ſecundum quam aut bene aut male dicitur fortunatus.ut cum fodiens uineam theſaurum inuenit.aut ſerpentem illi nocentem quem non querebat. Et licet aliquem operantem preter propriam intentionem contingat operari & eidem aliquid euenire non intentum non tamen preter intentioné alicuius ſuperioris cui ſubeſt ut dominus mittens aliquem ſeruum ad locū ad quem iam alium miſerat illo ignorante.Inuentio ſerui prius miſſi eſt caſus fortuitus quo ad ſeruum ſecundo miſſum & econtra quia preter intentionem utriuſq; eſt illa inuentio.non autem quo ad dimittētem ſed eſt aliquid ordinatum.Et quia ſicut dictum eſt ſupra homo ſit ordinatus ſecūdū uoluntatem ſub ipſo deo directe ordinante ſecundum intellectum ſub angelo perſuadente.& ſecundum corpus ſub aſtro diſponente. & hoc uidelicet inquātum per eius impreſſionem in noſtris corporibus relinqtur quedam diſpoſitio corporalis qua naturaliter inclinati incitamur ad eligendū per modum quo paſſiones inducunt ad electionem.tanq̄ igitur paſſionati intrinſecus eligimus nobis aliqua utilia aut nociua que tamen propria ratione non cognoſcimus. nec poteſt hoc ex natura intellectus aut uoluntatis diuerſa contingere.cum in omnibus hominibus una ſit uoluntatis & intellectus natura.Et hec proprie non dicitur ītellectualis electio ſed potius animi corporalis aut naturalis incitatio.& ſecundum hanc.quis bene aut male dicitur fortunatus.Si uero cum hoc ex angelico lumine intellectus ad eadem intelligenda illuſtratur.Et ex diuina operatione inſtigante inclinatur uoluntas ad eligendum aliquid ſibi utile eius rationem ignorat nō dicitur homo fortunatus ſed gubernatus proprie & cuſtoditus.Quoniam quo ad deum nihil dicitur fortuitum.Nam ſicut uis actiua ſpiritualis nature.altior eſt corporalis ita eſt & uniuerſalior unde nō ad omnia ad que humana electio.& aſtri diſpoſitio extēdere ſe poteſt & quia uirtus anime humane aut ſyderis aut etiam angeli.particularis eſt in comparatione ad diuinam uirtutem.quequidem uniuerſalis eſt reſpectu omnium rerum.poteſt homini aliquod accidere bonum.preter intentionem propriam.& preter aſtrorū diſpoſitionem.& etiam preter angelorum illuminatiōem non autem pre-

ter diuinam prouidentiam.Ex quo ſequitur bona moralia non eſſe fortui ta quoniam preter intentionem acquiri non poſſunt.

Sciendum eſt etiam ſecundum quod dicit ſanctus Thomas in tertio cõ tra gẽtiles capitulo.92°.ſicut inanimata quaſdam occultas proprietates ex celeſtibus corporibus conſequuntur.ſicut uirtus magnetis ferrum attrahẽ tis.ſimiliter herbarum ac mineralium uirtus attrahens corporis diuerſos humores.& ſimilia.Ita nihil prohibet ꝙ etiam habeat aliquis ex impreſſio ne corporis celeſtis aliquam efficaciam in operibus faciendis quã alius nõ habet.ut medicus in ſanando.agricola in plantando.& miles in expugnan do &c.Et hoc ex debita ac indebita ſecundarum cauſarum diſpoſitiõe a ſy‑ derum afflatu dependente quam tamẽ uirtutem preter aſtrorum afflatus deus hominibus largitur multo perfectius diligentibus ſe.ad opera ſua ef‑ ficacius exequenda. Ex predictis.ultima finaliſqꝫ pateſcit cõcluſio.ꝙ li‑ cet q̃ multa per aſtrorum influxus tanq̃ per cauſas & ſigna eorum que uen tura ſunt & ut plurimum fiunt per coniecturam quandam & cum timore ſemper & dubietate quadam comprehendere poſſumus. Non tamen no‑ ſtrum ſed ſolius eſt creatoris altiſſimi de futuris effectibus determinare.

Quapropter effectibus ex celeſtibus ſignis ꝓductis etiam milleſies per te expertis fides certa ac euangelica de futuris non eſt adhibẽda.ſicut nec ul‑ lo ex ſignis a ſecundis cauſis prouenientibus.'niſi coniecturalis. nec aliud aſtrorum uera ſciẽtia docet.Cum unus tantum ſit deus. cui ſoli omnia pre terita pariter & futura preſentia confitemur. Cui & hec.& nos humilime commendo. Et hec ſunt que mihi pro nunc.meliori iudicio ſemper ſal uo ſuper aſtrorum tã motibus q̃ influentiis generaliter occurrunt dicenda.

Et hic Finis expoſitionis canonum libri Deſiderati equationis celeſtium motuum ſine calculo.in honorẽ ſyderum conditoris qui & nos conſeruare dignetur in euum Amen.Ex carpeñ.per Guillermum Egidii de uuiſſelrerc.ex Zelandia.1494.

Impreſſum Cremone ꝑ Magiſtrum Carolum de Darleriis Ciuẽ Cremo‑ nẽſem Anno ab Incarnatiõe Xpi.Mcccc.Lxxxxiiii. Die.xiiii.Februarii

ch Bon

Bm, —

c.
F474
A2472